

# DVO EPIS

TOLARVM LIBELLI, AGNESII  
Sacerdotis Valentini, Poëtæ atq̃  
Theologi eruditissimi. Et Nico-  
lai Biesij, aliàs, Scirpi, Gandauen-  
sis, viri vtraq̃ lingua & Musis cla-  
rissimi. Inter quos quæstio venti-  
latur cognitu periucunda. Sint ne  
prospera affectāda vt bona, fugien-  
da aduersa vt mala. vbi & multa  
intermissa sunt scitu prædigna, In  
consolationem eorū quos vel pau-  
pertas opprimit, ærumnæ ve  
aut morbi affligunt.

VALENTIAE,  
Per Ioannem Mey, Flandrum.

1 5 4 6.



IOANNIS BAPTISTAE AGNESII, SACERDOTIS  
 & Theologi Valentini, in amicum  
 carpentem, quòd in laudibus ami-  
 corum vtriusq; sortis, nimius atq;  
 effluus fuerit *ἀπειθίσκιον*. seipsum,  
 verbis carpētis, alloquitur.

*ἀπειθίσ-  
 κιον, bre-  
 ue scurū.*



*Veridicus quum sis, auri contemptor &  
 auri,*  
*Virtutum, & sanctæ religionis  
 amans:*

Doctos quòd doctus, quòd amicos castus honestos,  
 Omneis quòd laudes deniq; nemo notat.  
 Illorum at nimius quòd sis in laudibus, & si  
 Sint digni, colacos, crede, notâre nota.  
 Si nihil affectas, mendacis cur parasiti  
 Vsurpas technas? folli alimenta paras?  
 Ergo quum quenquam laudas iusto utere freno,  
 Veridicum Mystam nam decet esse sacrum.  
 Hæc mihi sæpe aliqui, liuor quos forsitan urget,  
 Aut certè quorum peçtora felle carent.  
 Queis ego non moueor, grates quin reddo perennes,  
 Qui malè nec falli, fallere nèue sinunt.

*κόλαξ.  
 adulator.*



a Sæpe qui amat, plusq̃ qui odit nocet, improba carpēs,  
Ut curem lacerat, sed fouet ille tacens.

Sed non dissimulat mala uerus amicus amici.

b Dissimulans crudo seuior hoste mihi est.

Palponem quicumq; igitur me credis ineptum,  
Quòd nimia tollat laude Thalia meos.

Tela quidem pharetræ condes, arcumq; retendes,  
Laudabis mecum, causa ubi nota tibi.

c Non mala, nèue malos palpat mea musa Tyrannos.  
Munera ut hinc uener gloriolamq; mihi.

Hæc mihi si optarem, fugerem non ipsa potentum  
Domata, quum faueant aulica fortè satis.

Laudo sed Scirpum, magnates laudo coloq;,  
Prædignos multa quos ego laude scio.

Et laudo quales credo, cupioq; canoq;  
Qualibus ornatos dotibus esse decet.

Sic & uirtutum studiosis calcar amicis  
Addo, malus, bonus ut fiat, & hic melior.

Mens mea nota tibi est, si uis ut fulmina mittam,  
Me fuge. noui etiam dilaniare malos.

a Quandoq; plus lædit amicus tacens, quàm inimi-  
cus obloquens. b Inimicus non amicus, mala inimi-  
ci dissimulans. c Qua causa bonus bonus, & non  
nunquam malos laudat.

AD ILLVSTRIS. DO-  
MINVM FRANCISCVM GILIBER-  
tum à Scintillis, Oliuæ Comitem cultiss. Musarum Pa-  
tronum, Ioannis Baptiste Agnesij supplicatio,  
ut iusto iudicio controuersiam eius & Scir-  
pi, æquus utriq; iudex, definiat.



Idebis nimis, atq; diu Comes In-  
clyte, mittam  
Carmina uenanti, nec tibi  
mitto canes.  
Sed mage ridebis, diuimendas  
mitto uli lit. s.

Quas ut tu effugias inuia tesqua colis.  
Sed Iulij non obsto tuis, hunc nanq; libellum  
Noctè leges, canibus lucè sequere feras.  
Proderit hæc forsân tibi lectio nostra, salutis  
Nanq; dabit morbis pharmaca certa tuis.  
Pro Christo in Turcas pugnans inuictus, acerbis  
Crure olim læso, frangeris usq; malis.  
Ferreæ nec tibi mens, iustum petit ægra leuamen,  
Parui hæc sint quanquam, fortè leuare queant.  
Hæc Scirpo cecini, simul & mihi, quin tibi, & illis  
Sors quos cruda malis fataq; dira premunt.  
Ergo ut agas Rhadam. ðtha uelim, Brutum uic seuerum,  
Iudicium nolim Troius aduiter agas.

Vincere nec cupio, Scirpus quum uicerit, ipse  
Vincam, illo uinci gloria magna mihi.  
Non mihi gloriolam, uanam non aucupor auram.  
Desidiam ut fugiam bella ciere iuuat.  
Mitto tibi haec Scirpus quantus sit noueris, usq;  
Meq; tui memorem nominis esse scias.

FRANCISCVS OLIVAE CO-  
mes, obseruando suo Agnelio.

**L**ibellum Epistolarum tuarum tanto recepti gau-  
dio, tantaq; uoluptate perlegi, ut omnium, & quod  
magis mireris etiam uenationis penitus oblitus  
fuerim, Pensim percurri omnia, placuissent & singula,  
nisi Dactyla medium inter & Entellum me arbitrium  
interposuisses. Paucis igitur, quoniam precibus non  
modo urges, sed cogis, quod sentio, ut amicus, non ut  
iudex proferam, ea tamen lege, ut obedientiam hanc  
arrogantiam nemo interpretetur. Vale, nostro ex Co-  
frontis oppido, Nouembris luce. 12. 1546.

EIVSDEM ILLUSTRISS. OLI-  
uae Comitum, in Scirpi & Agnisi controuer-  
siam, argutum & concinnum iudicium.

**D**umis mista tuis florentis laetitia Scirpi  
a Olfect sparto lilia uincta tuo.  
Florum fasciculum quis non hoc dicat opellum?

Nam redolet uarijs floribus ecce procul.  
 Hos inter roseo flagrat Mentia nitore,  
 Nōne pudicitie candida & ipsa rosa est?  
 Fortunata nimis, uestris florebit in hortis,  
 Pympleis celebris tempus in omne choris.  
 Contendunt sophia & probitas quae uincat in illa,  
 Illa simul meritis uincit utraq; suis,  
 Hanc ego uobiscum gestirem efferre, sed alto  
 Pressa eius merito nostra Thalia iacet.  
 Vestra tamen laudo certamina fellis egena,  
 Non laudo at referam quod Rhadamantha iubes.  
 Iudicium & prudens à uenatore quis optet?  
 Non iudex rei nescius esse potest.  
 Misisses utinam ceruos, damasq; sugaces.  
 Pernices lepores, alipedesq; canes.  
 Ferre at iudicium, quoniam praceptor alumnū  
 Compellis, uisum quod mihi, utriq; feram.  
 Scirpus eques Caroli, tu Christi, & uterq; Mineruae,  
 Iure quidem alterutrum uincit uterq; suo.  
 Cum Scirpo uellem non indigus esse, nisi essem  
 Qui sum, tecum animo perpete dura pati.  
 Sum caro, carnalem quid si carnalia tangunt?  
 Praestat at iniusta uincere mente. Vale.  
 a Sparto, &c. Ad versiculum ipsius Agnesij alludit  
 in fine Prologi secundi lib. huius operis, qui sic con-  
 cludit. Mistra meis Scirpi sunt lactea lilia dumis.  
 Hirsuto sparto uincta eademq; meo.

AD EXCELLENTISSI  
MAM DOMINAM MENTIAM MEN-  
dociam, Calabriae Ducem, Ioan. Baptistae Agnesij sa-  
cerdotis & Theosophi Valentini, pro Nicolao, Biesio,  
alijs, Scirpo, Gandauensi, Viro bonarum om-  
nium literarum cultissimo. Episto-  
la commendatitia.



Publica quum nostro sis lux nitidissima  
saeculo.  
Virtutum, ac sophiae lumine ubique  
micans:

Quid mirum est caecis si errantes noctis in umbris  
Allicis ad te unam, dirigis, atq; rapis?

Nunquid homo est, norit qui te, toto & ueneretur  
Non animo, celebret nomen, ametq; tuum?

Non te uno natura bono, uerum omnibus unam  
Ditauit donis, diuitijsq; suis.

Quis tota Hesperia est titulis te maior auitis?  
Par altis ducis Regibus una genus.

a Et Viuarigenum Rhoderico Principe, Reges  
Si demas, quis non est minor, inferior?

Nonne unus toties Reges, ualidosq; Tyrannos  
Vicit, & inuictus clara trophaea tulit?

Primus Agarenis Regnum hoc, urbemq; Tyrannus  
Eripuit, Christi subdidit atq; iugo.

*Rodericus à  
Vitar regnum  
a Mauri in-  
dicavit.*

Nonne

Nónne tuus Mentia Parens germana ab Erynnè

Hanc urbem, populos eripuitq; tuos?

Præclaro ergo genus præclarum ducis ab ortu.

Non minus illustri es clara Parente tua.

Quò Fons siccarum nitidis argenteus undis

Altis non manat rupibus atq; fluit?

Quantum at præ magnis exundat & ille fluentis

Tesis es, aurifero ditior una Tago.

Vna hinc præclaro es præclara utroq; parente,

Nec dispar primis, nèue secunda tuis.

Clarus uterq; Parens meritis, & sanguine, & auro,

Ille Parim forma uict, & illa Deas.

b Aeacidem ille animis uicitq; Amnone creatum

Pectore, Dulichium consiliq; Ducem.

Illa pudicitia Euannam, specieq; Dionem.

Forma eadem formæ, luxq; pudicitie.

Quid mirum tantis prognata parentibus ergo

Si superas gemina nobilitate tuos?

Nam probitate probas omneis heroidas una,

Pierijs uincis dotibus atq; sophos.

Nam quantum egregijs ualeas uirtutibus, & quàm

Inclyta præfulges integritate, palàm est.

Cætera sub ticeam, musa maiora Maronis.

Laudes quòd fugias iure modesta tuas.

c Quantum Cecropijs, Latijsq; addicta Camœnis,

Sis quantum Aonijs dedita docta uiris.



## AGNESII ET SCIRPI

Ampla (patet) sacris quando Gymnasia Musis  
 Sumptibus immensis ædificare paras.  
 Digna hinc una quidem, Calabro quam iunxerit unus  
 Castus amor, fierent ut simul una duo.  
 Hinc Mentia Noto gelidam præfulget in arcton.  
 Eo & rutilat fulgida in occiduum.  
 Et rapit indigenas simul una alienigenasq̃,  
 Ut Calybem Magnes, dotibus alta suis.  
 Quid mirum hinc si omnes unam mirantur, honore  
 Si plausu celebrant, si decamant, adamant?  
 Hinc Baptista tuis qui olim flarat ignibus, unam  
 c Igne tuo te ardet, servat, ubiq; canit.  
 Exultatq; tibi sua mittere dona Caballi  
 Rustica, ut exornes floribus ipsa tuis.  
 Quumq; placere tibi super omnia, munera Phæbi  
 Nil dubitem, Scirpi carmina mitto tui.  
 Carmina non Scirpi sed Phæbi unius, & eius  
 Gandauum quem orbis protulit una decus  
 Quem Phæbus, quem Musarū chorus omnibus unum  
 Sertis exornant dotibus atq; suis.  
 Percipies paucis quantus sit ubiq; Camænis:  
 Omnibus, & quantum sit probitatis amans:  
 Quum patria locuples, ac germine natus honore.  
 Inter Gordunos clarus & ipse sophos:  
 Musarum cupidus nostram peregrinus ad urbem  
 Attractus venit numine Dia tuo.

Igne vir-  
tutis.

Numine,  
splendore.

Huc tu si faueas, nostras ditabit egenas  
 Diuitijs musas tempus in omne suis.


a Affirmant Mentiam Mendociam; Calabrię Ducem paternum genus ducere ab Inclyto Rhoderico Dias à Vinar, qui è Saracenis regnum & urbem Valentia primus eripuit, & subdidit Christo. b Ammone creatus. Hic est Alexander Philippi, qui à Iosepho genitum sub Ammonis Lybici forma sese iactabat.

## EPISTOLARVM IO.

BAPTISTAE AGNESII AD NICOLAUM Scirpum Gandauensem, utriusq; linguae, musarumq; omnium uirum cultiss. & huius ad illum  
 Libellus primus.

Scirpo suo, Agnesius.

Querit Agnesius à Nicolao Biesio, cur Scirpi cognomen acceperit?



Naturæ quum sis ditatus mercibus unius,  
 Musarum quem ornat diues Apolo bonis.

Nudi cur scirpi placuit cognomine dici?  
 Consona sint rebus nomina iure licet.

Causa mihi fuerit nisi deniq; reddita, dicam  
 Impositum Scirpo nomen ab antiphrasi.

Agnesio



# AGNESII ET SCIRPI

## Agnestio Scirpus.

Attenuat se modestè atq; eleganter, reddens causam quare Scirpus dicatur, quum & id cognomen tum sit patrium suæ familiæ. Interpretationemq; Agnesij & Baptistæ, in laudem ipsius retorquet.

**C**VM nec naturæ ditatus mercibus ullis  
 Sim, nec me musis ornet Apollo bonis.  
 Iccirco nudi Scirpi cognomine dicor.  
 Consona sunt rebus nomina nempe suis.  
 Sic tibi conueniunt duo nomina, diceris Agnes,  
 Ingenio quòd sis purus & eloquio.  
 Utq; Amerina salix nunquam deponere frondes  
 Dicitur: ingenij sic monumenta tui.  
 Nam Lauri semper uiridis tibi germina Phœbus  
 Tradidit, ac Musæ perpete fonte lauant.  
 Tu bibis assiduò celebri de fonte Caballi,  
 Hinc quoq; Baptistæ nomine dignus eras.  
 Causa tibi fuerit nunc deniq; reddita, Scirpo  
 Impositum non est nomen ab antiphrasi.  
 Sed cum conueniant semper sua nomina rebus,  
 Perpulchrè quadrant nomina pura tibi.

## Scirpo suo, Agnestus.

a Agnestus Poëticus extollit Scirpum præconijs, ipsum dicit Parnatium esse montem, Pegasidumq; fontem ipsum, inueniriq; nō Aoniæ, sed in cœcibus Mey Calcographi Valentini.

**Q**uantus mortaleis quondam decæperit error.

Nunc nostro plena tempore luce patet.

Mons gemino assurgēs nemoroso in sidera colle,

Fons ubi Gorgoneus, Pegasidumq; domus.

Non est Aonijs (ut fama est) Phocidos aruis,

Calcographi ecce palam uisitur æ de Mëy.

Non est Parnasus, non mons Heliconis Achæis.

Quærendus campis, fons'ue Caballe tuus.

In Scirpo inuenies uno, si quæris, Athena

Quo sedem posuit Phœbus & ipse suam.

Effluit hoc uno Daphne Peneus amona,

Vnde comam, resonamq; ornat Apollo chelym.

Effluit hocq; uno facunda Aganippidis unda,

Sordes barbaries exiit unde suas.

Nec frustra Scirpo est nomen, nam certus aquarum

a Index quærenti scirpus adesse solet.

Musarum hinc qui exoptat opes, Scirpum petat unum,

Scirpus Castalijs innatat unus aquis.

a Authore Vitruuio aquarum inuentoribus iuncus humiditatis est index, vt Scirpus Musarum.

### Agnescio suo, Scirpus.

Scirpus Agnescio laudum reddit vices, conqueri-  
tur aduersari sibi fortunam, nec suis omnia respon-  
dere votis.

Quam

AGNESII ET SCIRPI,

**Q**uanquã me penitus diuersa negocia uexant,  
 Nec fauceat uoris fors inimica meis.  
 Et quanquã placidos quærat pia Musa recessus,  
 Ingeniumq; uacans sollicitudinibus.  
 Attamen haud patimur diuturna silentia, cunctos  
 Vincere perpetuò sedulitate libet.  
 Hac, & amicitia nullis nos cessimus unquam,  
 In cunctis, alijs sim licet inferior.  
 Nam quanquam docto me carmine tollis ad astra,  
 Ipse tamen didici conscius esse mei.  
 Sed nosti egregiè studiosis addere calcar,  
 Atq; puto laudes id sibi uelle tuas.  
 Cum sis Musarum tantus Phœbiq; Sacerdos,  
 Tu cupis ut cuncti numina docta colant.  
 Cumq; bibas pleno latices de fonte Sororum,  
 Effluis, æthereo sicca madore fouens.  
 Te Phœbus docuit cytharam pulsare sonoram,  
 Tuq; sono cytharæ robora, saxa trahis.  
 Nempe feros homines rapis ad pietatis amorem,  
 Eloquio mollis ferrea corda tuo.  
 Tu teneros animos denso quoq; robore fulcis,  
 Quo possint hyemes pertolerare malas.  
 Sic mihi dant animum doctissima carmina, quanquam  
 In me nil dignum laudibus esse sciam.  
 Et tamen ô utinam liceat mihi quærere Musas,  
 Nescio sed quoniam me mea fata trahant.

Sunt uiolenta quidem, uereor ne fortè sequendum.

Nè liceat Muis reddere sacra pijs.

Tu perages, nec enim uobis opus esse putandum

Scirpo, qui nullis utilis esse solet.

Ipsè Valentinus Agnes Baptista lauabit,

Sic abstergetur sordida barbaries.

### Scirpo suo, Agnesius.

Scirpum Agnesius consolatur, astruens Deū meliora providere suis, quum sæpe pauperies profit, & lædant diuitiæ.

**O**mnia sint hominum superis quum subdita fati,

Provideat natis & meliora Deus.

Non est cur sapiens animo non sufferat æquo

Omnia, quæ mundi sunt bona siue mala.

Fallitur insipiens mala quum bona credit, & ambit

Quæ lædunt, sibi sunt quæ potiora fugit.

Nōne aurum stulto melius uirtute putatur?

Quis magis non locuples quàm sophos esse uelit?

Aurum quàm multos uitijjs immergit & orco,

Vnd' ipso, & uita quo spoliuntur agit.

Nemo fuit qui Hiram bello uexavit egeum,

Nudauit Croesum stemmate Mædus atrox.

Aurea quid magno ualuerunt sceptræ Dareio,

Prædonis rapidas ni stimulasse manus?

Aurum fastus atrox comitatur luxuriesq̃,

Omneq̃ flagitium, mors, stygis atra palus.

Quid



# AGNESII ET SCIRPI,

Quid misero prodest morituro diuitiarum

Copia? momento hæc sunt peritura breui:

d Falsæ diuitiæ uerè non deniq; ditant.

Ut uerè quenquam nec bona falsa beant.

Diuitiæ ueræ sunt uirtus, suntq; Camœnæ.

Cultores implent quæ super astra bonis.

Nonne immortaleis astris faciuntq; beatos.

Cælorum ciueis efficiuntq; Deos?

e Omnia labuntur, stat uirtus, uincit in annos

Acternos, Musæ deniq; morte carent.

f Virtutum locuples, Musarum ditior altis

Vnus diuitijs Scirpus eger e nequit.

Constantem decet esse sophum, probitatis amantem.

Pauper nec doctus, nec probus esse potest.

g Solus inops ignarus iners, miser estq; scelestus.

Nam proba prædiues semper Athena fuit.

a Insiptēs mala credit bona, & bona mala. b Diuitias multis ruine causam fuisse. c Diuitias comitantur fastus & luxus, & omne flagitiū. d Omnia momento ruūt: falsæ diuitiæ nō uerè ditant, falsa bona nō uerè beant. Verè diuitiæ uirtus & musæ ex antiquorū Philosophorū sentētia. e Omnia demptis musis & uirtute labuntur. f Quod nec doctus, nec probus pauper esse possit. g Pauper solus ignarus & improbus.

Agnescio suo, Scirpus.

Scirpus varijs premi se curis conqueritur, Quod sapientiæ studio relicta patria, huc aduenerit: quamquam

quam sibi ubiq; fata aduersari, resq; non e sententia succedere queritur.

**H**AEc uereor ne sint suspecta silentia nostrae  
 Iam biduana quidem, ni uenerande tibi.  
 Quid facia:uarijs ego distrahor undiq; curis,  
 Inculcata mihi nec fuit ante salus.

Reddere me iussit tibi nunc mea musa salutem,  
 Atq; sibi tantum conciliare uirum.

Cuius se ingenio peramaena Valentia iactat,  
 Musaq; diuinum spirat ab ore melos.

Tu facile ostendis sapientes esse benignos,  
 Scribere dum toties carmina grata libet.

Grata mihi tua sint studioso docta necessum,  
 Et simul haec curas, tristitiamq; leuant.

Haec tamen ab nimium tardat meliora petentem,  
 Vt nequeam musis penè uacare meis.

Nescio quae uehemens retrahat uiolentia fati,  
 Torserunt rigide tres mea fila Deae.

Grata mihi patria est procul hinc, ubi nempe Morinis Patria  
 Scalde duplicibus nomina mutat aquis. Scirpi.

Fertilis est tellus, amplissima moenia, bello  
 A quo condita sunt inuiolata manent.

Claraq; Caesaribus, nam primus condidit urbem,  
 Quae primum Carolum uidit in orbe pium.

Ast ego cum studijs teneris addictus ab annis  
 Essem perpetuis, aspera multa tuli.



# AGNESII ET SCIRPI,

Quumq; usus sophiam primò genuisse legatur,

Causa per  
regrinadi.

Hæc peregrinandi maxima causa fuit.

Atq; equidem uideor uarios cognoscere mores.

At passim Musas laude carere sua.

Doleret Mu-  
sas cõtem-  
ni.

Huius sum solitus per sæpe requirere causam,

Cur res quæ cunctis optima, uilis erat.

Per Musas uideo mundum fore nempe beatum,

Idq; hominum mores non meruisse malos.

Idq; est quod doleo, nam sunt ea publica damna.

Publica tunc pereunt, cum studiosus eget.

Nam quod tam ualidis robur rationibus effers,

Diuitiasq; uiro dicis obesse bono.

Diuitiarũ  
non vsum  
sed abu-  
sum dam-  
nandum.

Eloquio summo nummi repræhendis abusum.

Sed modò sim sapiens utilis esse potest.

Lingua est, cui nimia cum paupertate reuincta,

Rerum præcipua commoditate caret.

Moderas-  
tas optare  
diuitias.

Non peto diuitias nimias, moderata requiro.

Nam modus est uirtus, cuiq; paranda uiro.

Nec, si diuitias moderatas fata negabunt,

Iccirco hic animus deijciendus erit.

Ista potest ætas immensos ferre labores,

Hic animus quæ uis pertolerare queat.

Mentis  
Calabriæ  
Duci se  
studiosi-  
omnes des-  
bent.

Sed nollem seros studiorum perdere fructus,

Fata licet studijs sint inimica meis.

Multa Duci Calabriũ debet studiosa iuuentus:

Quæ cupit, & Musas hinc reparare potest.

Atq; utinam liceat conceptum solvere notum,  
 Cumq; sua patriam perpetè laude beet.  
 Hanc ego præferrem cunctis, nam iudice iusto  
 Principibus cunctis anteferenda uenit.  
 Hic mihi si mediam uitam fortuna negabit,  
 Per mare, per terras fors agitanda uiro.  
 Omnia si uideam nostræ contraria menti,  
 Postremum effugium patria dulcis erit.  
 Illic nil decrit, quod uita requirat honesta.  
 Illic Musarum præmia iusta feram.  
 Hæc fuerit uitæ uir facundissime nostræ  
 Omnis succinctè reddita causa tibi.  
 Sed quoties iuuenem senior meliora monebis,  
 Nil poterit monitis gratius esse tuis.

### Scirpo suo, Agnesius.

Scirpum Agnesius varijs rationibus & exemplis  
 ad patientiam sapientiamq; adhortatur.

**D**iscendi studio nostras delatus in oras,

Vt patrios repetas doctior inde lares.

Nostra tuas temnat q; Scirpe Valètia merces,

Naufragium in portu quòd patiâre doles.

Iure doles temnat quòd cæca inscitia Musas,

Et labor, & studium fiat inane tuum.

Insipiens sophiam, Musasq; ignauia temnit,

Nescia quas nescit, nam sua cuiq; placent.



# AGNESII ET SCIRPI,

Desidiam soccors ample cttur, ocia deses.

Sed uirtutis amans ipsa uigilq; fugit.

**Litera Pythagoræ.**

Littera Pythagoræ discrimine se cta bicorni,

Virgilij numeris quam sacra Musa canit,

Mortalis biuio uersari ostendit ab ortu,

Quenq; sequi ad libitum, quæ placet, inde uiam.

Dextra per anfractus uirtutis in ardua surgit,

Difficilis multo septa labore uia.

Difficiles quæ aditus habeat licet, una beatas

Ad sedes fessos ducit, ubi alta quies.

**Vitij via  
lubrica, in  
styga præ  
cipitat.**

Altera sed uitij fallaci lubrica luxu

Tristem delicijs in styga præcipitat.

Vtraq; diuerso it diuersa in compita tractu,

Dextra labore boni, læua, sopore mali.

**Via vtraq;  
non absq;  
labore.**

Neutra labore caret, licet aspera prima, secunda

Mollis, lata isthæc, illa sit arcta nimis.

**Via virtutis,  
labor breuis,  
vitij pœna  
æterna.**

In uirtute labor breuis est, breuiorq; uoluptas

In uitio, merces longa utriusq; suis.

Merces est uitij mors immortalis auerno.

Virtuti felix uita, quiesq; polis.

**Præmium  
vitij mors  
virtutis  
uita.**

Debita uirtuti non sunt sua præmia terris,

Sidereo, uitio præmia nulla, solo.

Accliuus uirtutis enim uia in æthera tendens.

Decliuus uitij tetra in Auerna ruens.

Per uarios uirtus procurrit in astra labores,

Elisios fructus deq; labore legit.

Luxum per uarium sed delicioſa uoluptas

Labitur in ſtygios præcipitata lacus.

Aſpera uirtutis quoniam uia terret inerteis,

Temnitur. & ſpinis inuia facta latet.

Et uitij uia delicijs rapit ampla, frequenti

Paſſim concuſſu per celebrata uirum.

Hinc odio eſt uirtus, Muſæ hinc temnuntur ubiq;

Terrarum, uitium mundi ubi ſceptra tenet.

Mirari hinc debet nemo, ſi uilet Athena,

Si uirtus, quando nil niſi turpe iuuat.

Sed tanti ſophiæ, tanti labor eſt & honeſti,

Muſarum ut uiuant tempus in omne uiri.

Cælituum doctos patreſq; rogare beatos

Si nolis, priſcos Scirpe rogato ſophos.

A Samio, ſophiam quanto ſudore pererrans

Orbem perdidicit, diſcere nanq; potes.

Quid Socrates? quid \* Aristocles tuus? Iſocratesq;

Quid reliqui ſtudijs præualuere ſophi?

Immortale tenent æterna in ſecula nomen:

Præterijtq; labor, gloria parta manet.

Imperio infamis, Muſis ſuper inclytus uſq; huc

Iulius Aeneadum fulget in orbe iubar.

Aelius imperio clarus, præclarior unus

Omni Muſarum dote Adrianus erat.


Omneis uiciſſet Marci bellona Tyrannos,

Illi nata lues ni foret imperij.

Virtus  
quare tem  
nitur.  
Vitiū qua  
re ſequun  
tur.

Fructus  
uirtutis.

A Samio  
ſcilicet Py  
thagora.



# AGNESII ET SCIRPI,

**d** Claudius, atq; Nero Musis radiasset uterq;  
 Occasset crudum turpe ni utrunq; scelus.  
 Musis ni uirtus nodo sit uimēta sub uno,  
 Nonne umbram sophiam dicere iure potes?  
 Vicit Aristoteles sapientes doctior omnis,  
 Succubuit uitijis uictus at ille suis.  
 Perdociere Sophi tumido præcelsa boatu,  
 Atq; sua caruit deniq; nemo nota.  
 Multi ita præclarè sunt de uirtute loquuti,  
 Heu quorum probris uita sepulta fuit.

**e f** Quorum si paucos demas, Cynicum, atq; Epicurum.  
 Alter inops, cælebs alter & abstemius.  
 Nummosos reliquos noris, uentosq; sequutos,  
 Deniq; flagitijs nec caruisse suis.  
 Sic tamen emerunt æternum nomen in æuum.

**g** Mores, aut Phiseos dum malè nota docent.  
**h** Quid si nouissent uerum, summumq; tonantem,  
**b** Et sophiæ uirtus associata foret?

Non uera uirtute potens Cynicus fuit, et si  
 Pauper Alexandro ditior unus erat.

**i** Quàm felix Marcus, quàm felix Vlpus esset,  
 Docti si ueram scisset uterq; fidem.  
 Aphri quàm melior fors est utriusq; Philippi.  
 Pro Christo fidi qui didicere morti.  
 Est igitur tanti uirtus, studiumq; Sororum  
 Veros cultores ut super astra becent.

Non ergo pigrum est Musas coluisse beatas,  
 Virtutum & ueris inuigilasse bonis.  
 Musis nam toto nihil est preciosius orbe,  
 Virtutis fulgor tantus in astra micat.  
 Cætera si desint studiosis præmia Musis,  
 Mercedis docto sit satis, esse probum.

\* Aristocles, Plato proprio nomine dictus.

a Iulius Cæsar primus Imperij tyrānidem vsurpauit. b Aelius Adrianus quantus fuerit peritia varia, Aelius Spartianus cum Tranquillo refert, quin & Aurelius Victor. c Marcus Antoninus philosophus Imperij reliquit Commodum non hæredem, sed fortidam luem. vt sunt authores Iulius Capitolinus, & Aelius Lampridius. d Claudius Tyberius. De huius & Neronis literarū studijs & flagitijs scripserunt Tranquillus, Cornelius Tacitus, Aurelius Victor. e Cynicus Diogenes quantū omnium rerum contemptor fuit, quantę abstemitatis eius Epistolę docent. f Epicurum abstemiū cœlibemq; multęq; parcimonię virum fuisse Cicero tam in Thusculanis quàm in lib. de finibus bonorum testatur. g Phisicos multa potius diuinasse quàm diffinisse. h Viratus. quod nō vera sit, sed apparens, quę fide caret, ex diuo Hieronymo, super epistolam ad Galatas cap. 5. Et Ambro. lib. I. de uocatiōe Gentiū cap. 3. i Marcus Antoninus philosoph<sup>9</sup>, Vlpianus Traianus, de quo Trāquillus, Aurel. Victor. & Dion Græcus. Philippi pater & filius. de quibus Aurel. Victor, Qui primi diuo agente Pontio Christiani facti, pro Christo a Decio Cæfare interempti sunt.

AGNESII ET SCIRPI,  
EIVSDEM IOAN. BAPTISTAE  
Agnēsij, ad eandem Excellentissimam Dominam Men-  
tiam Calabriae Ducem, Pro Scirpo.

**Q**uum mea, quū docti dignabere currere Scirpi  
Campos, mancipium noris utrunq; tuum.  
Obsequijs ut uerna tuis ego natus, at ille  
Extremo fama tractus ab orbe tua.

Quanta ades, & quanto uirtutum ornata decoro,  
Castalidum quantis & redimita bonis,

A zephyris rutilis roseos ut sidus in Euros,  
A Borea radiet nomen ad usq; Notos,

Inter mortaleis genus hoc es naeta triumphi,  
Vnam omnes celebrent, & probus, atq; sophus.

Ac uelut exilio reuocaueris una sorores,  
Docti omnes deamant te, pariterq; colunt.

Vtq; nouum numen sophiae mirantur, adorant,  
Cecropidae, Ausonij, Barbarus, atq; Getes.

Omnibus hinc doctis externis, indigenisq;  
Perfugium certae spesq; salutis ades.

Inde tui sub praesidij spe uiuit Athenae  
Scirpus honos, uiuet si modò dextra faues.

a Sunt haec qui excipiant patricidas urbe cruentos,  
Qui foueant, qui opibus munificiq; fauent.

Prob scelus, & doctus sanctae probitatis amator,  
Despectus cunctis atq; inhonorus erit?

Et nisi tu excipias, faucasq; secunda leuesq;

Quis precor excipiet stultus, ineptus, inops?  
 Hic te absente quis Aesopus non malit haberi,  
 Quam Cato? doctus eget, morio diues ouat.  
 Non mihi dona peto, Comitis ditatus Oliuæ  
 Munifici donis, nullius indigeo.

Sed Cynicos miserans, doctis proba, docta probisq;  
 Vt faucas felix obsecro, Nata Vale.

a Patricidas. i. corripuit ante. c. aliquorum exemplo, alij licet producant. b Agnesium Franciscus à Scintillis Oliuæ Comes ditauit. c Hic Cynicos probos, inopes doctosq; intelligit.

## LIBER EPISTOLA- RVM AGNESII ATQVE Scirpi, Secundus.



D Regios Excellentissimosq; Principes  
 Dominū Ferdinandum Aragonium, Do-  
 minamq; Mentia Mendociam Calabrie  
 Duces, Ioan. Baptiste Agnesij Episto-  
 la nuncupatoria in secundum libellum Epistolarū eius-  
 dem, & Nicolai Biesij, Gandauenſis, omnium discipli-  
 narū professoris cultissimū. Inter quos nō iniucūda cog-  
 nitu controuersia uentilatur, Scirpo astruente diuitias  
 esse prorsus necessarias ad quæq; literarum studia, &  
 publica obeunda officia, ut sunt necessaria ad mechani-  
 cas artes instrumenta fabrilia, paupertatem impedinen-



## AGNESII ET SCIRPI

to esse ad eadem studia atque officia, diuitiasq; quonia  
 stare cū virtute possunt, bonas esse, atq; ideo adfectan  
 das moderatè, paupertatem fugiendam tanquam igna  
 uam atq; inualidam & despicabilem, nec consequenter  
 bonam, quæ multos impellit ad mala multa. Contra  
 defendit Agnesius atq; asseuerat paupertatem non esse  
 malam, sed bonam, qua sepe Deus cum ærumnis, tum  
 morbis, malos ad bonum trahit, bonos ad meliora pro  
 uehit, torpentes excitat, iacentes erigit, stantes seruat,  
 & uelut calcaribus pigritantes, ut ad cælos currant, ur  
 get, & agit. Diuitias uerò nō esse affectandas, quæ sint  
 periculo bonis, malis omnino perniciose. Demum præ  
 termis̄sis uarijs antiquorū philosophorum opinionibus,  
 uidelicet Stoicorum, Peripateticorū, Academicorumq;  
 quorum Cicero fautor fuit, atq; Epicureorum, quorum  
 placita idem Cicero passim disseruit, tam in quinq; libris  
 Tuscul. quàm in quinq; lib. de finibus bonorū & malo  
 rum, & in suis Academicis, cum diuo magnoq; Patrū  
 Patre Hieronymo concludit paupertatem, ærumnasq;  
 diuitias atq; prosperitates nec bonas esse nec malas, nec  
 quidem indifferentes, licet ad bonum bonis, & malis ad  
 malum esse possint, uelut quædam media. Solam uirtutē  
 esse bonam, & uitium malum affirmat cum Peripateti  
 cis, atq; Stoicis, qui summum bonū dixerunt honestum,  
 summum uerò malum turpe atq; uitiosum, atq; aduersa  
 non dixere mala, sed aspera.

Agnescius exordium huius Epistolæ Mentis Ducei dirigit, cui præcedentem libellum dicauit. Mnemosynem appellat, à mente Mentiam quasi dictam intelligit, matrem scilicet Musarū, studio atq; officio.



Lorida Castalijs cui nam decerpta uir-  
retis

Munera mittētur, ni tibi Mnemosyne?  
Mnemosyne Mentia mihi es (procul in-  
de faceſſat

Zoilus) est mendax nanq; odio, atq; colax.

Mentiam cur te Clari dixere parentes?

Non mentis frustra dentq; nomen habes.

Frustra Mnemosynæ nec idem tibi nomen, alumna es,

Nataq; Musarum, quin eademq; parens.

Magnatum quis te Musas, si demis Oltue

Franciscum Comitem, plus colit, ornat, amat?

Quis magis & Musis cultos fouet, ambit, honestat,

Excipit, & pascit ditius, atq; colit?

Scirpus Eques Phœbi testatur, notus Athenæ

Dotibus, Aonidum fulgidus unus honos.

Arctois uestra qui fama attractus ab oris

Huc uenit gemmis nos redimere suis.

Solos Fernandum, Mentiamq; ille patronos

Inuenit, qui sese exciperent, alerent.

Vobis hinc Scirpus quantum se debet in annos

Aeternos, modulis gratus ubiq; canit.

# AGNESII ET SCIRPI

Vos colit ut diuos dignoq; encomia plectro  
 Vestra uigil laudum tollere in astra cupit.

Florigeros uobis Scirpi inde dicare maniplos  
 Par duxi, ut scirpum deniq; nemo putet.

Cunctis nam Musis quantus sit, pugna probauit  
 Publica, qua uestris ædibus emicuit.

Idem sed sacra quantus sit, & ipse Poësi,  
 Carmina quæ misi, & quæ modo mitto docent.

Carmina non certè multas exculta per horas,  
 Sed rapido subito tempore ducta pede.

b Athlantes uidi, deprendi pumuliones.  
 Parturijtq; Elephas, musculus exilijt.

Pierios uidi gerrones atq; loquaces,  
 Sed non pierios, quos docuère Deæ.

Vidi Arpinates, tetricosq; grauesq; Catones.  
 Queis silet omne solum, quos & Athena timet.

Suffarctos Musis, adeò uentoq; tumentes,  
 Esset nè creperent ut mihi sepe timor.

Ventorum hippotades deprendi deniq; reges.  
 Et Iouis hinc qui ales uisus, eratq; culex.

At non sic Scirpus qui animo mansuetus honesto  
 Multos quum superet, se putat esse nihil.

Hoc sed præmagnum sese fore credit in uno,  
 Vobis si fieret dignus ubiq; cliens.

Quotus sit numeris, quid auet, sua musa docebit,  
 Perlegite, angusta & fronte fauete pij.

Mista meis Scirpi sunt lactea lilia dumis.

Hirsuto sparto, uincta eademq; meo:

Eius ut obryzum adpositum nostro hinc orichalco.

Terfius irradiet, fulgeat atq; magis.

a Franciscus à Scintillis Oliuæ Comes Musis ad-  
dictissimus. b Nè me Lector his versiculis male-  
dicum mordaculumq; aut quod hijs deterius, inui-  
dum precor putes, qui iusta victus impatientia, hæc  
in folles inanes, arrogantiq; oppletos vento euomui.

c ὄρυζον aurum purum. Orichalcum quasi mon-  
ris chalcum, vel potius ab auro & chalco, æs aurei  
coloris.

### Nicolao Scirpo, Agnelius ægrotans.

Agnelius in hac Epistola Scirpum ad studia vir-  
tutis & sapientiæ hortatur, non vt à mundo sed à  
Christo præmia speret.

**S**cirpe tuus Baptista decem iam febre dierum  
Ægrotat, graphium, non amor, ecce tacet.

Carmina docta Duci dedimus tua, fronte recepta

Leta, utinam fructu non tibi nuda cadant.

Carmina laudantur, sua commoda quisq; sed ambit,

Doctis docta placent, sed sua cuiq; magis.

Docta nè non uirtus toto est preciosior orbe?

Orbis uirtuti & præmia plena dabit?

Quicquid mundus habet uacuas uanescit in auras.

Virtus una manet, sineq; Athena caret.

# AGNESII ET SCIRPI,

Mundus Pieridas non auro iure coronat.

Non opibus dites muneribusq; facit,

Præmia sunt Musis hederae, laurique; utrentis

Serta, uirent, fructu nonne & utraq; carent?

De Lauri  
medicinis  
Dioscori-  
des lib. I.  
c. 107. &  
108.

Si medicos demas usus, quæ deniq; lauri,

Quæ'ue hederae nobis emolumenta ferunt?

Arrident oculis, dum uiuunt fronde placentq;

Arenteis nemo respicit, ambit, amat.

De hederæ  
eadem lib.  
2. c. 199.

Applaudit mundus doctis, laudat, celebratq;

Quanti hæc? non pulvis quem leuis aura rapit?

Laudat, contemnit, sustollit, deserit, heu heu

Diues iners regnat, pauper Athena tacet.

Hinc quod habet, dat mūdus inops, dare dulcicia dumus

Mala nequit, nec egens ditia dona dabit.

Digna ideo iustis, doctis, cultisq; caronis

Hoc mundo nemo dat, quia nullus habet.

Vis sua det mundus? sis leno, disce choraulen,

Sis palpo, impostor, præmia multa feres.

Non parasitus ades, non es mendaxq;, dicaxq;

Et quereris tristi quòd moriâre fame?

Non mundo seruit doctus, iustusq;, piusq;

Ille sophis debet quo sua iure probis?

Christo si seruis, astris felicia Christus,

Si mundo, mundus præmia larga dabit.

Hæc scripsi, non ut rescribas, noris amici

Sed fidam ut fidi pectoris ipse fidem.

Idem, eidem.

Luce hac sperabam febrem, me elusit, abiuit.  
 Territa, nec dubito, nomine Scirpe tuo.  
 Perpendes quantum uirtus ualet inclyta, morbi  
 Quum Scirpi audito nomine diffugiunt.

Ioan. Bap. Agnesio, Scirpus.

**S**emper ego timui, nè tanta silentia morbus  
 Efficeret, cum sat cognitus esset amor.  
 Sed cum nunc ualeas, per doctaq; carmina mittas,  
 Letitiae citior causa dolore fuit.  
 Te prius audiui fractam reparasse salutem,  
 Quam scirem curnam tam taciturnus eras.  
 Quod scribis Scirpi depulsam nomine febrem,  
 O utinam tanti nominis esse queam.  
 Nullus in orbe meus tam languidus esset amicus,  
 Et multo melior fors mea, credo, foret.  
 Nunc aliter uisum superis, animo tamen æ quo  
 Quæ secus haud fuerint esse ferenda puto.  
 Docta quidem tua me releuauit epistola pressum,  
 Reddere dum mundum præmia digna negas.  
 Nempe alibi recipit tandem sua laurea uirtus  
 Inclyta, quæ demum tempus in omne uirent.  
 Sed tamen ista bonis etiam natura creata est,  
 Hacq; Deo liceat non prohibente frui.  
 Si uirtus rebus uenit anteferenda caducis:



Omnia hæc  
 sunt crea-  
 ta ad vs-  
 um etiam  
 bonorum.

Sed

# AGNESII ET SCIRPI,

*Sed cum diuitijs hæc tamen esse potest.*

*Sæpe probos uidi sed paupertate grauatos.*

*Nec se, nec patriam posse iuuare suam.*

*Sæpe malos uideo qui freti diuite censu,*

*Possint cum patria dilacerare probos.*

Potestas  
diuitiarū.  
Pauper  
nulli uti-  
lis.

*Omnia diuitiæ peragunt, ditumq; fauores,*

*Et modò qui caret his, utilis esse nequit.*

*Nullas diuitias debet studiosus amare,*

*At decet officium quenq; tenere suum.*

*Officiūq; probi cunctis prodesse putamus.*

*Nec prodesse potest quisquis egenus agit.*

Quod in-  
dignus offi-  
ciū imple-  
re nequit.

*Cuncta quidem superat mortalia præmia uirtus.*

*Vilia sed legimus thura placere deis.*

*Quòd tam docta Duci dederis tua carmina, gratus,*

*Hæc mihi dum fuerit uita superstes, ero.*

## Nicolao Scirpo, Ioan. Bap. Agnesius.

Agnesius diuitias virtuti studijsq; Musarum esse accōmodas nō negat, paupertatem erumnasq; tamē stertentes in vitijs excitare, erigere, & animi sanare morbos, purgare sordes iuuentutis in senectute, labantesq; tenere ne ruant, & sic nobis vbiq; meliora prouidere Deum pientissimum affirmat.

**T**e uenisse meos me Scirpe absente penates  
Iucundū est, absens pergraue quòd fuerim  
Amisisse tui aspectus, dulcisq; Sororum

Scirpi

Scirpi delicias, parua nè damna putas?  
 Aegrum sed tua sunt me consolata iacentem  
 Carmina, non Scirpi, sed mihi crede, Lini,  
 Tam leni currunt lapsu, de rupe Caballi  
 Defluere ut celsa dicere iure queas.  
 Iurassem fuerit tibi musa renata Catulli,  
 Peligni illa Erato ni mage nota foret.  
 Verus amor laudum sed lenocinia damnat,  
 Et pura gaudet simplicitate magis.

Amor syn  
 cerus dam  
 nat laudes

Scirpe tue tua sunt facundæ carmina musæ,  
 Docta quæ Athena sopho concinuisse potest.  
 Quod uerum est fatear, mentiri turpe inimico est,  
 Aegrotum quoties hæc lego me releuant,  
 Me febris ut liquit, uertigo ita torquet acerba,  
 Ocia suppeditet libera nulla mihi.

Mens oppressa malis languente heu corpore, nonne  
 Aegra iacet? certè flaccet ad omne bonum.

Aegrotan  
 tis mens  
 ægra.

Quid tristi est rerum si animus caritate sepultus?  
 Non benè uentre fame quis rugiente canit.

Rerum usus, corpusq; ualens, mens libera curis,  
 Sunt sophiæ cupidis debita iure uiris,

Nullus vè  
 tre vacuo  
 bene carat

Debita suntq; adeò, ut si horum quis dempserit unum  
 Non Musæ stabunt, ipsaq; Athena ruet.

Ex Arist.  
 10. Ethic.

Inficias isthæc ibit iam nemo, Sororum  
 Norit qui studijs inuigilasse bonis.

Hæc loquor expertus toties, licet omnia grato



# AGNESII ET SCIRPI,

Pectore pertulerim, grato animoq; feram  
 Quum mihi pauperies ipso sit gratior auro,  
 Paucis contentex, desit ut inde nihil.  
 Menses bis quinos morbis ut i frangor acerbis,  
 Aegra senecta premit, morbus & ipsa, malis,  
 Cunctorum quererer nudum me inopemq; bonorum,  
 Et cuperem filum scinderet atra soror.  
 Ni scirem quoniam Genitor quos diligit, urget.  
 Quos amat, exercet, quos premit, ipse leuat.  
 Vulnera nanq; animi sanat plus ecce iacentis,  
 Morbis dum carnem uulneribusq; ferit.  
 Sic ferit, ut sanet. sic nudat, ut induat. aufert,  
 Ut donet. uitam ut restituat, perimit.  
 Saepe graui scelerum sopitos nanq; ueterno  
 Excitat aerumnis, his reuocat profugos.  
 Aduersis, ne omnino ruat, tenet ille labantem,  
 Verberat & flagris, surgat ut inde iacens.  
 Saepe senectutis sero rubigo iuuentae  
 Morborum scabra tergitur atra mola.  
 Sicq; senes morbis purgat, iuuenesq; ruentes  
 Ad mala pauperie, ne percant, inhibet.  
 Infaustos faustos, quos deserit, ergo putato  
 Quis laeta arident sidera, terra, salum.  
 Quos cupit ille bonis super astra beare supernis,  
 Visitat & morbis hic, terit atq; malis.  
 Ergo tuis si non respondent omnia uotis,

Senectus  
 tis, morbo  
 ru mola,  
 iuuentutis  
 rubiginē  
 tergit  
 Deus.

a

Tristi pauperies si premit atra fame.  
 His meminisse potes Patrem cohibere lupatis,  
 Nè laeuam deses erro sequàre uiam.  
 Virtuti, musisq; acuit calcaria egestas,  
 Copia desidiã, luxuriãq; parit.  
 At tu fide Deo, dabit opportuna benignus,  
 Est pater, & natis nescit abesse suis.  
 Cætera si desint, deerit Dux Maxima nunquam,  
 Munifico est quæ animo sueta fouere bonos.  
 Musarum cultrix quum sit studiosa bonarum,  
 Non te Scirpe fame, crede, perire sinet.  
 Es uirtutis amans, Musarum eques, atq; colonus  
 Omnes si linquant, sidera suscipient.

a Infaustos tantum, qui infausti non sunt. Ex diuo Hieronymo super Osee. 4. Qui, inquit, à Deo amatur corripitur, qui negligitur suis peccatis dimittitur. In eandem penè sententiã idem ad Iulianũ To. I. Difficile, inquit, imò impossibile est ut & præsentibus quis & futuris fruatur bonis, ut & hîc ventrem & ibi mentem impleat, ut de delicijs transeat ad delicias, ut in vtroq; seculo primus sit, ut in cælo & in terra appareat gloriosus.

Ioan. Bap. Agnatio, Scirpus.

Quòd diuitiarum sitis, honorum ambitio, & uirtutis amor, mortales ad labores extrimulant, exemplis ostendit.

AGNESII ET SCIRPI,

**V**tilitas, & honos, uirtusq; subire labores,  
 Ac perdifficiles cogit inire uias.  
 Impius Arfacidis nisi Crassus bella tulisset,  
 Strage sua Sterilem non maculasset humum.  
 Et nisi laudis amor fortem rapuisset Achillem,  
 Non fuerit Graia diruta Troia manu.  
 Amphitrioniadem uirtus peragrare coëgit  
 Orbem, & monstrosis cuncta leuare malis.  
 Lucri ast fœdus odor nisi sit conditus honesto,  
 Et solet incautis pestifer esse uiris.  
 Anfas diuitie præbent persæpe nocendi,  
 Pro præda & dominum fur iugulare solet.  
 Cùm penes Augustum primùm esset summa potestas,  
 Tum patriæ cœpit proditor esse suæ.  
 Argento poterat Macedûm decorare phalanges,  
 Persis, & hinc bello sæpe petita fuit.  
 Cædant diuitie uero uirtutis honori,  
 Ista pios homines sola beare potest.  
 Si seruire tamen poterit quoq; nummus honesto,  
 Nolle pauperie perpetè sponte premi.  
 Nempe leues animos scio sæpe labore domandos,  
 Sed quoq; uel Reges celsa petisse uides.  
 Me moderata iuuent, quæ quippe Theognis, Homerus,  
 Hesiodus, uatum & docta caterua petit.  
 Et Cynicus fertur fastum calasse Platonis,  
 Regis Aristoteles numine magnus erat.

Non Musas deceat pulchras detritus amictus:

Nec uoluit lacerum ferre Minerva peplum.

Turgida mens curis, & inanis bibliotheca

Cui sit, Pieridum sacra parare nequit.

Cum mare praeualidis exaestuauit undiq; uentis,

Et prudens, liquidum nauita perdit iter,

Fabro defuerit si stridula lima perito

Scabrum, deforme ac uile manebit opus.

Sed tamen amplector sacri quoq; scripta libelli,

Et scio, quod cunctis utile, uelle Deum.

Hunc tenet ignarum, locupletem reddit egenum,

Musis, aut nummis si periturus erat.

Nec non prospiciens communi saepe saluti,

Quosdam praecipites in sua damna sinit.

Dicere nec liceat cur sic facis istud & illud:

Sed, parcat miseris, saepe rogare decet.

At nisi iam scirem pietati cedere cuncta,

Id tua perpulchrè carmina docta docent.

Et quoscunq; mihi dederint mea fata labores,

Parendum monitis ducimus esse tuis.

Est animus nutis, doctosq; audire paratus,

Et quanquam miser est, non uelit esse malus.


Non me progeniuit tigris, nec inhospita tellus,

Sed placuit semper musa sonora mihi.

Casibus at uarijs agitat, & aspera passus

Multa, Valentina nunc ego luce fruor.

Ratio uo-  
luntatis di-  
uinae que-  
renda non  
est.



AGNESII ET SCIRPI,

Hic cœlum placidum, tellus peramœna, decusq;  
Gentis conueniens cum regione sua.

Hic, quod præcipuum, duo splendida lumina mundo  
Sunt, summi Calabrûm, Pteridumq; Duces.

Hi monstrant quanti sit magno in Principe uirtus:  
Si modò Castalijs ipsa rigetur aquis.

His nos multa quidem meritò debere fatemur,  
Quòd Musas tanta sedulitate fouent.

His ego priuatim summas quoq; debeo grates,  
Quos uideo studijs nempe fauere meis.

Atq; utinam quondam tantos mereamur honores,  
Ut placeat tantæ nostra Thalia Duci.

Ast alios mittet celebris Parnasia rupes,  
Qui grauibus numeris carmina scripta ferant.

Non ego Pieriam, Rhodopen, Libethræue uidi:  
Nec sapidas lymphas ex Helicone bibi.

Non mihi Nasonis dulcis, uel docta Catulli,  
Primæue Cadmæi musa renata Lini.

Verum, est ingenij tibi summus ad omnia candor,  
Atq; colore potes tingere fusca bono.

Magna quidem laus est tanto placuisse Poëtæ,  
Carmina nostra tamen laude carere uelim.

Sine Valentino uideam me numine dignum,  
Non potero officij non memor esse mei.

Seu me fata uocent aliò, quocumq; uocabunt,  
Fortuna inuita numina magna colam.

Excellentis-  
simos  
Calabriæ  
laudat Du-  
ces.

Si fortuna meis fuerit contraria uotis,  
 Discam sic eius spernere posse miras.  
 Sive per Aethiopum loca feruida deferat hospes,  
 Persea quâ colubris uasta repleffe putant.  
 Sive per Aethiopum nimio loca tosta calore,  
 Quâ sua celsa domus limina solis habet.  
 Ultra Sarmaticos populos, quâ terra remota est,  
 Terra quidem priscais non bene nota uiris.  
 Quæcumq; obtulerint mea tristia fata laborem,  
 Infracto prorsus pectore cuncta feram.  
 Non mens tam mollis mihi, quam contundat egestas,  
 Quanquam permagno pondere pressa grauet.  
 Si modò tincta malis sunt omnia, non tamen omnis  
 Est natura suis euacuata bonis.  
 Atq; alijs cunctis nûbi clara Valentia terris  
 Antefcrenda uenit, si modo fata simunt.  
 Si nequit hîc tutos mea musa parare recessus,  
 Altius est animus pandere uela ratis.  
 Altius omnigenis tendam mea carbasa uentis:  
 Quò ducent, ultrò nam mea fata sequar.  
 Aspirante Deo loca mitia spero futura,  
 Et nûbi quæ dicant hîc remanere potes.  
 Si ueneranda truces homines Astræa reliquit,  
 Semper adhuc orbem doctus Apollo regit.  
 Si quoq; nunc orbem præclarus Apollo reliquit,  
 Certè prædiues Mars sua regna fouet.

Constant  
 offendit.  
 Aethio-  
 pes orientis  
 sunt &  
 occidentis  
 teste Ho-  
 mero.



AGNESII ET SCIRPI

Quòd si cuncta meæ fuerint diuersa saluti,  
At saltem Parcis soluere iusta libet.

Nunquam debueram patrios liquisse penates,  
Si timeo tristi fortè perire fame.

Qualiacunq; ferant tenebrose fila sorores,  
His animos fortes æquiparare decet.

Ad rigidam sortem rigidam componere mentem,  
Quæ, nequeat duris occubuisse malis.

Scaurobates prima fractus si clade, fuisset  
India foemineum ferre coacta iugum.

Alcides potuit tantos perferre labores,  
Hinc tenet Arctoi sidere celsa poli.

Sunt honor & uirtus primùm, sed & utilitatis  
Est ratio iustæ semper habenda mihi.

Pauperiè inimicam virtuti fugiendam. Segnis pauperies est, ac inimica Camænis:  
Ac desperantes pellit in omne nefas.

Me rapit utilitas, sed quæ teneatur honesto,  
Sic tamen ut pauper fortiter esse queam.

Sed tua quòd torquet doleo uertigo cerebrum,  
Ingenij labor est causa putanda mali.

Spiritus ignescit, stomachi uapor ardua replet,  
Atq; sua mentem mobilitate trahit.

Sola quies tepidas poterit tibi reddere uenas,  
Materiamq; trahent pharmaca sacra leuem.

Nicolao Scirpo, Agnesius.

Scirpum Agnesius extollit, paupertatē grumnasq;  
litera

literarum ad studia, & ad virtutem tanquam equo  
 calcaria, necessarias esse ratione & exemplis probat.  
 multis modis auaritiæ ambitionisq; studia damnat.

**N**on me spes fallax, nec opinio uana fefellit,  
 Nominis & meriti Candide Scirpe tui.

Quo magis adpropio, propius tueorq;, Mimeruæ  
 Quàm sis muneribus ditior aspicio.

Vsq; adeò flores Grato sermone, ut Athenis  
 Te natum medijs credere iure queam.

Tam locuples Musis incedis ubiq; Latinis,  
 Siue pedes curras, siue solutus eas:

Vni Arpinatem tibi Pelignumq; renatum,  
 Hæredem eloquij teq; utriusq; putem.

Nec Stagiritis abest, nec spiritus ipse Platonis,  
 Nunquid Aristoclis forma decorq; deest?

Cum qui Hippocratem, magnum qui nosse Galenum  
 Exoptat, Scirpum quærat, & inueniet.

Forte alienus abest Scirpo diuinus Aquinas?  
 Arguto haud dubium quin Scotus ingenio est.

Non ergo inualidus Scirpus, non nudus, inanis,  
 Vnum quem replent tot bona, quem redimunt.

Vnum est quod tantum Scirpum testatur inermem,  
 Pauperiem pauidus quòd timet inualidam.

Quid tibi si Astrologus prædixit dura? procellis  
 Hoc mare num Cæsar sulcat & absq; malis?

Falluntur, falluntq; simul uentura profantes,



# AGNESII ET SCIRPI

Multa illos quoniam conspicienda latent.  
 Per uarios casus, uarios interq; labores  
 Vitæ obeunda uia est. dic ubi tuta quies?  
 Certus ubiq; labor, sunt omnia plena periculis,  
 Est opus hinc animis ad mala quæq; bonis.  
 Infractum decet esse sôphumq; probumq;, cruenta  
 Omni maiorem sorte ualente animo.  
 Sæuæ Iunonis quid, tot Tirynthius heros  
 Inuicta strauit quòd fera monstra manu?  
 Nōne probus sapiens animo quòd rumpere magno  
 Aduersæ lachesis cuncta repagla potest?  
 Destituant uires si Atlantem, nè ruat æther,  
 Subijciat sapiens Herculis ipse humeros.  
 Horrida tempestas rabidis agitata procellis,  
 Stertentes nautas excitat atq; probat.  
 Impigros contra tranquillum reddit inerteis,  
 Et nisi agas stimulis deniq; torpet equus.  
 Utilitas, honor, & uirtus quòd in ardua mentes  
 Extimulent hominum cordaq;, nemo negat.  
 Diuerso in diuersa tamen sed tranate currunt,  
 Hinc sequitur gentum deniq; quisq; suum.  
 Parcus auarus opes per mille pericula quærit,  
 Queritur his isdemq; ambitiosus honos.  
 Nullus at his finis, non toto extinguitur ardens  
 Ambitio pelago, sic nec auara sitis.  
 Ignis auaritiæ medijs ardescit in undis,

Ambitio credit sat nihil esse sibi.

Hinc Ammone satus Persam spoliavit, & Indum,

Sic Cræsum Cyrus, Massagetarq; rapax.

Marte ita Romulide totum afflixere rapaci

Orbem, replerunt atq; cruore solum.

Ambitio sic perspicuum, quò impellat amicos,

Quaq; uia in prædas currat auara fames.

Ditatos spolijs miserum, sed non satiatos

Mors tandem miseros in styga misit atrox,

Dic ubi Alexander temulentus, atroxq; rapaxq;?

Iulo quis finis? quæ tibi uita Nero?

Ceditus, & prædis, heu luxurijs, brucibusq;

Emerunt longam delicij:q; necem.

Copia nam rerum plena est res cuiq; pericli,

Res leuis emergit, sed graue ad ima ruit.

Paupere quis melior Saulo? Dauide? Nerone?

Imperium nactus cruda patrasse palam est.

Nexa bono fuerit ni opulentia, lumine captos

Præcipitat seruos in mala cuncta suos.

Nam nisi runcentur sentes radictus agris,

Suffocant segetes læta uepreta bonas.

Auro intertexto rutilat Tritonia peplo,

Porphyrea radiet pulcher Apollo toga.

Pannosos inopes Christus delegit alumnos,

Non opibus tumidos, pauper & ipse quidem.

Non cultus Baptista meus, non Petrus, egenus

Paulus,



# AGNESII ET SCIRPI

Paulus, discipulū cætera turbaq; inops.  
 Mundo qui seruit, gestitq; placere Tyrannis,  
 Comptulus, & nitida fulgeat ille toga.  
 Ast alio uirtus ad sidera tramite currit,  
 Arduus, accliuus qui arctus ubiq; nimis.  
 Scandere quem Moses quum uellet, uoce Tonantis  
 Soluit de pedibus calceamenta suis.  
 Aurum, nè cupido demergeretur ab auro,  
 In mare demersit stultus & ille sophos.  
 Stultus, & ab uanus, melius merisset egenis,  
 Sunt mergendæ inopum ditis in æquor opes.  
 Auri pauperibus nisi onus deponat, onustus  
 Diuitijs, carpens ædita nõne ruet?  
 Pauperibus Martinus opum Franciscus & astra  
 Scanderet ut liber sponte reiecit onus.  
 Et quia nostra Pater purgat delicta benignus,  
 Aerumnis, tollens impedimenta uic.  
 Aduersis gaudet sapiens, aduersa, secunda,  
 Dulcia, prædulci melleq;, amara facit.  
 Cælorum cupidus, demptis uirtutibus, orbis  
 Quicquid habet stercus uile facitq; nihil.  
 Pectore pauperiem placido amplexatur amicam,  
 Cultus, delicias, gloriolamq; fugit.  
 Iubilat ærumnis, morbis exultat, acerbis  
 Gaudet, ubi uincens dura, sibi astra parat,  
 Lautis dis fæctus, byssoq; superbus & ostro,

Dines euā  
gelicus.

Delicijs

Delicijs emit regna cruenta miser.

Nudus at ille lacer patitur dum tristia, felix

Effectus suprâ sidera cuius ouat.

Ardua sed quoniam non carpere possumus omnes,

Viribus atq; impos spiritus ecce iacet.

Sunt ubi pauperies & opes. non nuda pericli,

Tutius est media si gradiare uia.

Hinc tu Scirpe tibi si optas moderata modestus,

Nil culpo, culpo quòd uideâre timens.

Musarum locuples, uirtutum diues ubiq;

Terrarum uictus non tibi dcesse potest.

Hac minus in nostra felix ubi regius urbe

Regnat Deucalion, Magnâq; Pyrrha pareus.

Illo non alius pietatis amantior, illa

Vlla pia splendet nec probitate magis.

Virtutum est & uterq; iubar, regalibus orbem

Illustrans meritis, moribus atq; pijs.

Musarum quantum studiosum credis utrunq;?

Castalidum dicam sit quòd uterq; pareus.

Quanta est Fernando in miseros clementia, quantum

Mentis pietas regia, nosse potes.

Horum aedes inopum quum dicere iure prosequam,

Iam possis, miserum pascitur unde fames.

Hos igitur faciles habeas quum Scirpe patronos,

Cur timeas nulla est iam tibi causa. Vale.

à Astrologos diuus Basilius & Ambrosius damnâr

in

Ferdinandus  
di Mensura  
riaq; Cas  
labriq; Du  
cum laus.



## AGNESII ET SCIRPI,

in lib. Exæmeron, quos & Picus Mirandulæ Comes amplectitur, & approbat. b Quòd Alexander vique ad ebrietatem vino deditus fuerit, quòd & ebrius multa censura digna patrarit, scripsere Herodorus & Q. Curtius. Vnde & diuus pater Hieronymus Alexandrum non caruisse vitij Leontij, pedagogi sui scripturæ reliquit. b Crates Thebanus philosophus, Cynici Diogenis discipulus, & ipse etiam Cynicus, magnâ auri massam demersit in mare, dicens: Abite pestum malæ cupiditates, ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Author est diuus pater Hieronymus. 2. cap. 37. contra Iouinianum.

### Agnescio, Scirpus.

Scirpus aduersantem sibi fortunam cõqueritur, variaq; similitudine ostendit, animos hominum vitiositadini nature obnoxios, lætisq; temporibus alacres ad res præclarè gerendas esse, diuersis autem nequaquam accommodatos ad negocia læta decenter tractanda: sibiq; potius Elegiacos versus, nimis tristes conuenire, Thaliã tẽsolantem, ad equanimitatem, sapientiãq; ad studium adhortantem introducit.

**N** Il nisi iuctiferos elegos mea musa sonare  
Nouit, fortune conscia nempe suæ.  
Ante canora fuit, quæ tunc silet undiq; sylua  
Cum rigidus boreas membra tenella premit.  
Et qui uere fuit peramænus floribus hortus  
Omnigenis, bruma perdidit omne decus.

Sic uigor ingenij Zephyro quoq; flante sereno  
 Germinat, & uerna fertilitate uiret.  
 Verrat, brumali constrictam frigore mentem,  
 Tempestas, subito concidit omnis honos.  
 Utq; stupent colubri, donec successerit æstas:  
 Frigore sic quoq; mens semisepulcra iacet.  
 Atq; solet Phæbus cytharam pulsare serenus,  
 Cumq; fera pharetra nubilus esse solet.  
 Bella ciet lituum stridor, clangorq; tubarum,  
 Atq; lyram legimus posse domare feras.  
 Temporibus uarijs rerum est diuersa potestas,  
 Estq; chorea suis æquiparanda tonis.  
 Ille quidem placidis referat sua carmina phthongis  
 Cui dedit auratam doctus Apollo lyram.  
 Cuius & Euphrosynes titillant pectora tactus,  
 Ille potest lætis texere uerba modis.  
 Me deccant elegi, prima mihi luce fruenti  
 Dixerat Astrologus, tristia multa feres.  
 Tristia multa tuli, sed sunt quoq; piura ferenda,  
 Si modo mors tardet, fataq; uera monent.  
 Sed quia cum lacrymis caelestia regna parantur,  
 Presentem luctum læta futura leuant.  
 Hæc modò scribenti dulcis mihi uisa Thalia,  
 His uerbis curas diminuisse meas.  
 Heu quid sollicitus questus effundis iniquos,  
 Non tibi sit Musis te placuisse satis?



AGNESII ET SCIRPI,

Consortem amisit dulcem Rhodopeius Orpheus,  
 Pro qua tartareas nempè petiuit aquas.  
 Dicitur interea tamen & prærupta secuta,  
 Eius dulcisonam serria sylua lyram.  
 Quàm uarijs uentis fuit exagitatus Homerus,  
 Ipse tamen Vatum laurea prima tulit.  
 Iccircò magnæ septem sunt Helladis urbes,  
 Quarum hunc contendit, quælibet esse suum.  
 Smyrna, Chios, Colophon, Argos, Rhodos, Vrbsq; Mi-  
 Et Xerxis Salamis nobilitata fuga. (nerua,  
 Nec doctrina suos tantummodò reddere claros,  
 Sed quoscunq; probos nobilitare potest.  
 Nunc quanquam exiguus tantum sunt uicus Athenæ,  
 Antiquo semper nomine notus erit.  
 Mantua semper erit magno præclara Marone,  
 Perq; Ascra Helicon nobilis ipse fuit.  
 Musa suos animos æterna laude coronat,  
 Factaq; magnorum non peritura facit.  
 Viuunt, & uiuent, ut nunquam intermoriatur  
 Fama, sed hæc semper docta per ora uolet.  
 Publica nec pariter quis, uel priuata gubernet,  
 Cui negat ingenium docta Minerva suum,  
 Ut nauis medias ualidè iactata per undas  
 Obruitur, tunc ni nauita gubernet onus.  
 Res hominum grauibus sic tempestatibus acta  
 Doctrinæ certam quippe requirit opem.

Ad publi-  
 ca priua-  
 raq; neces-  
 sariã esse  
 sapietiam.

Ista regit populum, dementibus eripit arma,  
 Ac timidos homines hæc animare potest.  
 Sæpe Pericleos mctuebat Græcia bombos,  
 Ac Demosthenicis est animata tonis.  
 Vniusc; uiri uocem Catilina timebat,  
 Cum totam patriam sperneret ipse suam.  
 Rex quia contempsit Siculus præcepta Platonis,  
 Inde Corinthiacus turpiter exul erat.  
 Si socer, atq; gener prudentum iussa secuti  
 Essent, non tantum fabula Roma foret.  
 Quæq; ruent subito nisi sit sapientia præsto,  
 Quæ res labentes sola tenere queat.  
 Cura igitur sophiæ pergas ut tranute cœpto:  
 Sic potes egregiè consuluisse tibi.  
 Deliciæ frangunt pariter corpusq; animumq;  
 Sæpius et bilem mella uorata fouent.  
 At contra uirtus exordia tristia præbet:  
 Successu tandem dulcior esse solet.  
 Aspera prima uia, asti modo summa cacumina montis  
 Attingas, sient cætera grata tibi.  
 Maeste igitur uirtute tua, sic itur ad astra,  
 Fortiter humana ut uilia cuncta putes.  
 Immortalia sunt queis pectus nobile gaudet,  
 Quæ fortuna quidem tollere nulla potest.  
 Cætera prærapidæ puerilia præniua sortis.  
 Cursu perceleri nonne perire uides?

officia.

Quâti est  
sapientia.

Deliciæ  
 corpusani  
 mumq;  
 emolliūt.  
 Virtus in  
 aditu aspe  
 ra dulcis  
 in fine.

Virtutem  
 fortuna  
 tollere nec  
 quit.

D

Si quando



## AGNESII ET SCIRPI

Si quando incipiat maternum ostendere uultum  
 Fortuna, incipiens esse nouerca solet.

Sæpe tibi uisa est aura spirare secunda:  
 Turbine sed subito carbasa passa tulit.

Et cum blanditur tibi, semper perniciofa  
 Tunc struit insidias ingeniosa nouas  
 Fluctibus in medijs, rabidaq; furente procella,  
 Præcipuè uobis arte regenda ratis.

Est animus doctis, est despicientia rerum,  
 Sunt res humanæ sub pedibus positæ.

Illi sunt homines penitus sine mente, negantes  
 Possè uiros doctos Martis obire uices.

Sapientiã  
 præstare  
 uiribus.

Pro Troia Mauors, pro Graijs magna Minerua  
 Stabat, & hinc uictrix Græcia docta fuit.

Sis igitur doctus, nec te tua fata moerentur,  
 At fueris doctus, si studiosus eris.

Et studiosus eris doctrinæ nobilitate  
 Agnita, & agnosces si benè perspicias.

Finis Tha  
 liæ ad Scir  
 pum.

Hæc mea Musa mihi, tibi quæ modo scribere uisum est  
 Nam tibi Picridum dicta placere scio.

### Scirpo, Agnesius valetudinarius.

Scirpū Agnesius ad virtutis & sapientiæ confidenter  
 erigit. Dolet ignaros florere, doctos penuria premi.

**A** Egrotante licet menti sit corpore tristi  
 Nil letum, placeat nil, misera ægra iacet.  
 Acgrotato, atq; ægro tua sed mihi carmina Scirp.

Iucunda

Iucunda, atq; eadem grata fuisse scias.

Grata placent, seu quòd manant de fonte Medusæ,

Seu quòd amicitie pignora certa ferant.

Quàm placido currunt cursu, quàm plena nitore,

Quàm tibi natiuus candor, amœnius honos,

Nil uolentus agis, natiuo carmina ductu

Fonte à Castalio ceu tibi missa fluunt.

Et tua sunt, eius cum Musis dulce quot horis

Cui studium simul est, colloquiumq; sacris.

Qualia, quantaq; erunt tua candidè Scirpe, Thalia

Quem docet, & felix cui sua dicitur amans?

Vnde tibi sophiæ tot nota encomia magnæ,

Te nisi quod docuit Dia Thalia soror?

Vna docet nec te tantum, docuère sorores

Vnum omnes, Pallas, quin & Apollo docet.

Non modo Rhetoricen, sacram callesq; Poësim,

Cunctaq; Aristoteles quæ docet, ipse doces.

Arte Machaonia es nobis Epidaurius ille,

Dicta Theosophiæ quem sacra nulla latent.

Nec probitatis egēs, merito ditissimus omni,

Virtutum fulges luce, decore, iubar.

Præditem at musis, meritorum & dotibus unum

Dedecet humanis rebus ut indigeas.

Hoc animo doleo peramaro, ast hoc magis heu heu,

Arct quòd uirtus, floret ubiq; scelus.



# AGNESII ET SCIRPI,

Ignauis  
 dantur  
 omnia.  
 Virenti-  
 bus parci  
 sumus.

Proh dolor, ignauis, nebulonibus, & parasitis  
 Mercedis dantur munera larga & opes.  
 Virtutum, ac Sophiæ in studiosos nemo potentum  
 Vltrò munifici fungitur officio.  
 Prodigus est uitij, uirtutibus est sed auarus  
 Omnis homo, Paphiæ sunt bona cuncta deæ.  
 Nam nisi Fernandus Mentiaq; pectore magno  
 Scirpum excepissent Regij uterq; Duces.  
 Nullus in hac tota fuerat qui exceperit urbe.  
 Quòd non impostor, nec plagiarius est.  
 Et poterat quis te Scirpe excepisse, nisi ille,  
 Illaq; queis uirtus uernat, Athena uiret?  
 Grates Magne tibi Fernande in secla perennes,  
 Mentia grates tempus in omne tibi.  
 Musarum cultor, sanctæ uirtutis amator,  
 Virtutum amplector, Pieridumq; uiros.  
 Hinc data quæ docto, atq; probò, mihi & hæc data cres  
 Quæ facta hinc Scirpo gratia, facta mihi est. (do,  
 Dignior atq; utinam donis maioribus ille  
 Fiat. nam uirtus uestra deesse nequit.  
 Quòd si defuerit uultu fortuna sereno  
 Scirpe tibi, deerit num plus ipse Deus?  
 Omne solum forti patria est. compeſce uolentem  
 Multa animum, uitæ paucula sufficient.  
 A Cynico ueri Sinopæo discito summam.

Pauper

Pauper Alexandro maior ubiq; fuit.  
 Effreno ex animo sitis insatiabilis auri  
 Nascitur, hinc medijs Tantalus aret aquis.  
 Non totum qui orbem \* possidet, diues habendus,  
 Sed qui possidet se, ac satis ipse sibi est.  
 Est nec dicendus uictor qui uicerit orbem,  
 Sed se qui uincit, suppeditatq; sibi.  
 Vicerat Alcides hydrasq; ferosq; leones,  
 Subdidit Omphaleo & colla subacta iugo.  
 Vicit Alexander terrarum regna superbus,  
 Succubuit uitijs uictus & ille suis.  
 Non hæc Scirpe tibi, scio nam quod honesta requiris  
 Sed quod te infracto pectore ubiq; uelim.  
 Proderit omnigenas te perdidicisse Camænas,  
 Ditatus Musis nemo perire potest.  
 Hinc tua Musa tibi studium persuasit Athenæ,  
 Certum quod sophia est effugium miseris.  
 Extremo fati effugio coluisse ferebat  
 Musarum articulas spurcus, atroxq; Nero.  
 Quod norit nulla fortunæ sorte subactos  
 Vsq;am perdoctos posse perire fame.  
 Tu probitatis amans, musarum cultor amicos  
 Inter Pympleos posse perire putas?  
 Viuit Fernandus, uiuit Mentia per annos  
 Viuent Nestoreos, gloria prima Ducunt.  
 Hos quum contigerit Musas odisse pudicas,

Qui seipsa  
 sum possi  
 det diues.  
 Victorq;  
 uitia uina  
 cit.

Doctrina  
 certū effu  
 gium.



## AGNESII ET SCIRPI,

*Quod fiet quum lux umbra erit, astra cadent.  
Tunc fuge ad Antipodas, gelidis te aut conde Gelonis.  
Nulla sopolis toto uita erit orbe. Vale.*

\* Possidet media longa scripsit Lucretius, libro. I.  
Nempe aër omne necesse est inter corpora quod fiat  
possidat inane. a Ad ultimū fortunę effugiū Ne-  
ro apud Cor. Tacitū se coluisse iactabat articulas,  
ita enim Musas appellitabat.

### Agnescio, Scirpus.

Scirpus ad duas Agnesij præcedentes Epistolas  
respondet. Sententiam suam firmat, necessarias esse  
diuitias, exemplisq; sanctorum, qui diuites fuerunt,  
probat bonas & ad virtutem accōmodas, nec dam-  
nosas credendas: quæ bonorum sunt instrumenta.

**I** Am scio quòd sapiens possit dominarier astris,  
Quodq; animo forti qualiacunq; ferat.  
Sed sine diuitijs nulli queat esse saluti,  
Atq; est officium, quenq; iuuare, probi.  
Nauta quidem frustrà, si remi & carbasia desunt,  
Tentat difficiles arte secare uias:  
Tempestasq; solct doctum superare magistrum,  
Ut nequeat munus prorpius obire suum.  
Nec generosus equus stimulis animandus acutis,  
Sed pompa & belli signa canente tuba.  
Nec nos æquipares stultis, qui sorte benigna  
Si uiuunt, tamen est exitus ipse malus.

His confer potius, quibus instrumenta bonorum

Quae damnosa uocas, cuncta fuisse legis.

Dives Abrahamus fuit, at quocumq; secutus

Mandatum domini dicitur esse sui.

Hoc ipsum legimus de Nato, deq; Nepote,

Quos Deus ipse suos saepe uocare solet.

Horrea Iosephus Pharaonis magna regebat,

Propterea tamen haud impius ille fuit.

Sic erat & Moses summus pietatis amator,

Ac Aegyptiacas diripiebat opes.

Dauid peccauit, sed eundem nonne secundum

Cor Deus ipse suum iudicat esse uirum?

Discipuli fuerant inopes, peragranda quod illis

Terra, fidesq; recens instituenda fuit.

Iam cum firma fides, mutataq; tempora, sacros

Diuitias homines accumulare uides.

Me credis timidum, cui non est causa timoris,

Cui nullum incutiat maxima causa metum.

Me tamen interea tam claris laudibus effers,

Quas uni nequeat ferre Minerva uiro.

Gratius esse nihil sapientum laude fatemur,

Quos nunquam solitos dicere uana putant.

Sed nunc ingenij tenuissima nostra supellex,

Ac nilis, nulla laude canenda uenit.

Decipitur ueri syncerus candor amici.

Perfacile, haec laudum proxima causa fuit.

Ad Agnes  
sui rationes

Pro Dauid.

Discipulus  
Christus delectat  
inopes

Quod nostri sacri  
colae ornatur diuitiis.

Magnū a  
sapiente lau-  
dari.



AGNESII ET SCIRPI,

Et tamen ingentes superis ego debeo grates,  
 Propter amicitiam uir uenerande tuam.  
 Qui sis omnigenae tantus uirtutis amator,  
 Dogmata qui nitido sacra madore rigas.  
 Qui sis Castalidum magnus Christi que sacerdos,  
 Eloquio placido peçtora nostra fouens.  
 Cuius melliflui pleno de fonte susurri,  
 Lenirent numeris saxea corda suis.  
 Ast odiosa mihi ualeant praeconia, summus  
 Me spernit laudes iudice noster amor.  
 Et quanquam summas effundam in carmina utres,  
 Non potero meritis digna referre tuis.  
 O utinam summæ mihi sint in carmina utres,  
 Ac sitibunda sacro peçtora fonte lauem.  
 Assiduò dulci modularer syrmate uersus,  
 Et streperet placido fistula nostra sono.  
 Si modulos cytharæ clarus docuisset Apollo,  
 Sic caneret summos nostra Camæna Duces.  
 Semper diuino resonarent crumate chordæ.  
 Et fluerent uarijs carmina nostra tonis.  
 Cùm doctam summo perflaret ab æthere mentem  
 Vranie densos quæ regit una choros:  
 Incluta tractarem tum magnæ facta Mineruæ  
 Ducens per neatas, pleçtra citata fides.  
 Cùm traheret mentem sonitu uariata profundo  
 Doctæ Polhymnia, quæ mystica cuncta canit.

ὄργανα,  
tractus.

Cruma,  
pulsatio  
chordarū.  
τόνῳ,  
firmitas.

ὕψιστη,  
fidelis acuti  
soni.

Tunc lyra cum rauco & uenerando pulsa tenore  
 Concineret summos relligione Duces.  
 Sæpe quidem placido regeret mea carmina plectro  
 Terpsichore, celsi maxima musa poli.  
 Ac ego magnorum cantarem stemmata Regum,  
 Ac fieret claræ nobilitatis opus.  
 At Cliorapido cum nos incenderet æstro,  
 Quæ nunc præcipue feruida corda regit,  
 Tractarem gemini crudelia tempora belli,  
 Unde iuuentutis crescere posset honos.  
 Pulsaret cytharam potius tamen ipsa sonoram  
 Melpomene, doctis semper amica uiris.  
 Aeternaq; suos celebraret laude patronos,  
 Ac monumenta suæ non peritura Ducis.  
 Atq; Erato facilem posset celebrare fauorem,  
 Quo doctos homines blanda iuuare solet.  
 Euterpe placidum per singula facta decorum,  
 Dicta q; & externis splendida cuncta bonis.  
 Et uiridis, grauibus numeris reuoluta Thalia,  
 Quæ releuare tono marcida sola potest.  
 Munificam uerno celebraret carmine mentem,  
 Quæ placidis lymphis languida corda fouet.  
 Deniq; si uarias ferret mihi candida uires  
 Calliope octuplici ludere docta tono:  
 Diuiderem totidem subito mea barbita phthongis,  
 Sic fluerent numeri, dulcisonumq; melos.

Uptar

 Calabriae  
 Duces iam  
 dando.




## AGNESII ET SCIRPI

Illorum omnigenum celebrarem carmina laudum,  
 Hesperijs qui sunt gloria prima Ducum.  
 Sed cum nec Musæ faucant, nec dexter Apollo,  
 Hinc fuerit satius fortè tacere. Vale.

### Agnescius valetudinarius, Scirpo.

Agnescius etiã ad duas Scirpi præcedentes respon-  
 det Epistolas. Pauperiem ærumnasq; affirmat læto  
 animo amplectendas, tanquam nostræ salutis peruti-  
 les, quibus Deus bonum nostrum agit. Diuitias deli-  
 ciasq; perniciosas, quæ fortes emolliunt. Patientia  
 opus esse & sapientia. de qua multa.

**C** Armina misisti Scirpi prædigna Thalia,  
 Sed respondendi copia nulla fuit.  
 Acgrotus potui nullis incumbere musis,  
 Nec rescripta modis mittere Scirpe tuis.  
 Hoc languore mihi grauius, uita absq; Camænis  
 Mors potior, Christo sed placet, atq; mihi.  
 Crudelis rapido uertigo uolumine torquet.  
 Nudantur paleis sic mea grana malis.  
 Opprimor, exulto. laceror, sed lætor, amica  
 Amplector placida mente flagella Patris.  
 Clementis perimit nunquam pia plaga Parentis,  
 Rem facit, ærumnis dum premit ille, meam.  
 Hic quem castigat, cœlo pius expedit, atq; hic  
 Cui parcit, stygijs punitet inde flagris.

Plaga Pa-  
 rentis acti-  
 uè.

Aurum flamma probat, iustum mala, leua sodalem,

Ostendunt ueram tempora dura fidem.

Hic quaecunq; premunt, modò non patientia desit,

Tyrenem exercent, diua trophæa parant.

Inter delicias animus languescit inerteis,

Et luxu uirtus obruta, morte perit.

Alcidem ut taceam, Macedùm crudumq; tyrannum,

Pœnum quis fregit? nōne age lurca Venus?

Torpentem stimulis animum Deus excitat, urget,

Admissōq; facit currere ad astra pede.

Hæc ubi sacra Patrum docuere uolumina, dura

Ferre hîc que cogor damna, libenter amo.

Pauperies nec iniqua mihi, nec languor acerbus,

His Deus ipse malis ad bona summa trahit.

Nemo coronatur, pugnans, nisi uicerit hostem.

Victori uitæ iure corona datur.

Vincendi est insigne genus patientia, uincit

Qui suffert, uirtus est, mala scire pati.

Omnibus exemplo est Calaber Dux Maximus, alto

Tot qui animo infractus uicit acerba, & ouat.

Eccur non animo patiêre ultroneus æquo,

Victus, que inuitus cogeris ipse pati?

Si potes aduersis obstare, obstato ualenter,

Si nequis immoto pectore cæde malis.

Si uiolenta trahit uictum fortuna, sequendum est,

Quo rapit inuitis impetus annis aquis.

Inclytum  
vincendî  
genus.

# AGNESII ET SCIRPI

Hæc luculenter agunt doctis tua carmina dictis,

Quis sapiam rerum sceptrâ tenere doces.

Sapientia  
sola vincit  
malitiam.

Hinc uigili sapiæ insudandum pectore, cunctis

Vna opibus longè est quòd preciosa magis.

Erigit hæc uili de puluere nanq; iacentem,

Stercore deq; olido suscitât ipsa inopem.

Quanti sit  
sapientia.

Ipsa eadem nudos opibus præditat egenos,

Et uacuos plenis implet amica bonis.

Horum vs  
nus Cice-  
ro, vt non  
nullis pla-  
cuit.  
Testis so-  
sephus,  
què regno  
suo Pha-  
rao præse-  
cit.

Illustreis humili reddit de plebe quirites,

Consulis & figulos donat honore potens.

Despectos magnis præfert per sepe Tyrannis,

Subijcit & Regum colla superba sophis.

Ipsa eadem terris pariter dominatur & astris,

Vna subsistunt qua omnia, & absq; ruunt.

Horas, atq; dies, mensis metitur & annos,

Ordine disponit tempora quæq; suo.

Ipsa regit terras, leges terrisq; ministrat,

Iurâq; dat iustis, iustâq; scita pijs.

Sapientia  
oës implet  
virtutes.

Dat sua cuiq; fouetq; bonos, reprimâtq; scelestos,

Prouidet & cunctis, & sua cuiq; sagax.

Temperat hæc animos, furibundas frenat & iras.

Componit mores, pondera datq; modos.

Firma pusillanimes arcessit ad ardua, fractos

Atq; imbecilles format ad omne bonum.

Hæc cupidos, timidos parcôq; animoq; tenaces,

Magnanimos eadem, munificosq; facit.

Hæc

Hæc credenda fidem, fidam spem, tum charitatem  
 Quæ speranda polis sunt, quæ & amanda docet.  
 Artis inuenit fabriles omnibus, omnem  
 Viuendi normam docta deditq; modum.  
 Reges ipsa regit, totum moderatur & orbem,  
 Quid moror? æthereos una regitq; globos.  
 Hac stant cuncta una bona, paxq; salusq; quiesq;  
 Quam sequitur rerum copia, uita, & honos.  
 Vna licet terris, toto & sapientia cælo  
 Sit cerebro magni mentē ue nata Patris.  
 Qua Pater & cælos rutilo & cum flamine terras  
 Condidit, atq; tenet cuncta potensq; regit.  
 Ipsa eadem iustis lumen se infundit amicis,  
 Sancta quibus uitio uitāq; mensq; caret.  
 Hinc sophiæ thronus est iusti mens lymphida, cælum  
 Fit, quo habitat grato munere summa Trias.  
 Hanc inspiratam sophiam dixere uetusti,  
 Quæ Phæbi ut rutilo fulget ab igne iubar.  
 Hanc Deus inspiret grato etsi munere iustis,  
 Prouidit mediam qua sit habenda uiam.  
 Ad sophiam sophiæ uia, & assæclæ, atq; Sorores,  
 Muse sunt, quarum lingua & Athena docet.  
 Prisca Iouem perhibet germanas fama Mimeruæ  
 Mnemosyne natas progenuisse nouem.  
 Nec frustra est Sophiam Musas habuisse sorores,  
 Nec frustra uno omnes & Ioue patre satas,

Mytheria  
 poetica de  
 Mimerua  
 & Musis.

## AGNESII ET SCIRPI,

- Virginitatis honos quibus est simul omnibus unus,  
 Candidus, & niuco forma decore decens.  
 Integra prænitido sapientia uera pudore  
 Sorde omni, fulgens, intaminata caret.
- Virginitate carent musæ quæ falsa prophano  
 Ore docent, mæchas, dicq; sathane fatas.  
 Quid tamen est cerebro niucam genuisse Mincruam,  
 Mente nouem Musas & genuisse Iouem?  
 Nonne Dei donum sophia est, quæ uertice celsa  
 Sede sedens, rerum regia sceptrâ tenet?  
 Et Musæ sunt dona Dei, quæ uerticis antrum  
 Parnasi domus est, fons sophiæ undè fluit.  
 Parnasi uertex hominis mens ingeniumq;  
 Hic homini surgit collis in astra biceps.  
 Collibus his sophiæ facundis effluit undis  
 Virginibus fons, est qui sacer, Aonijs.
- Hausta sopho doctrina fluat, licet aurea, nullo  
 Fatida uel cæno, turbida ne ue luto.  
 Nec salebrofa fluat scabris è rupibus unda,  
 Lapsu sed placido lymphida, clara, ferax.  
 Dicimus hinc sophiam non, absq; sororibus, orbam,  
 Esse quòd elinguis mutæue Athena nequit.  
 Scire tuum quid erit, noris nisi dicere quæ scis?  
 Fons sophia est, artes sunt laticesq; Deæ.  
 Musarum nitidis fons est sapientia lymphis,  
 Triste ferax reddens uernulitate solum.

Musarum hinc uictrix armis Bellona procaces

Calcat, Pieridas Palladis arma scias.

His exerta iacet timida atq; imbellis Athena,

Quam sibi Lemniacus suppeditare queat.

Ergo armant sophiam Musæ, comitantur, adornant,

Virtus at sophiæ cassis, & hasta Deæ.

Armat Gorgoneis pectusq; Medusa Chelydris,

Virtutis cassis sed caput, hasta manus.

Nam sophiæ uirtus fuerit nisi nexa, quid illa?

Stultitiam potius dicere, nonne potes?

Auriga est uirtutis enim sapientia, uirtus

Bis Sophiæ geminis estq; quadriga rotis.

Vis uno dicam summam sermone Biesi?

Finem ut longa habeant tramite uerba breui?

Ipsa eadem sophia est uirtus qua deniq; scimus,

Qua sapimus, stygias uincimus atq; manus.

Hæc aduersa premit uictrix & prospera calcat

Pauperiem, morbos, nullaq; dura timet.

Letis non surgit, constans nec concidit a spris,

Omnibus est semper maior ubiq; malis.

Hanc iugem si habeas comitem Scirpe atq; magistram,

Diuitias facies pauperiemq; pili.

Inde bonæ nec opes quanquam iungantur honesto,

Nec bona pauperies, nec mala nexa h' onto.

Nec quia diues erat, uerum quia iustus Abramus

Laudatur, pauper nec quod Iobus erat.

Sapientia  
auriga.  
Virtus  
quadriga.

Sapientia  
est ipsa  
uirtus.

Cōcludit

Pauper

AGNESII ET SCIRPI,

Pauper Iosephus laudatur, liuida fratrum  
Mitis quod uicit pectore bella pio.

Diues laudatur quia praescius ipse future  
Prouidit sapiens horrea plena fami.

Diues non Moses, simplex laudatur & equus,  
Magnorumq; operum quodq; patrator erat.

Laudatur Tobias & Iobus, pauper uterq;  
Pectore pertulerint quod mala cuncta bono.

Laudaturq; Saul, sed inops, nam diues iniquus,  
Inuidus, in iustos crudus atroxq; fuit.

Dauid. Iesseides laudatur egenus, diues adulter  
Innocuo tinxit nanq; cruore solum.

Laudatur Salomon sophia, sed iunior, heu heu  
Reddidit insulsam dis Erycina senem.

Paupere Romulea melior nemo urbe Nerone,  
Diuite non toto turpior orbe fuit.

Transseo Trinacriae doctum immanemq; Tyrannum,  
Nam superat uires copia magna meas.

Scire scio te isthaec, sed dissimulare, periclo  
Indiga ut hinc noris quid mea musa queat.

Indiga musa quidem tantum mea rustica, quantum  
Est tua praediues, cultior, atq; ferax.

Ergo breui ut longam concludam limite litem,  
Vnum hoc crediderim sat fore Scirpe tibi,


Quod nec opes, nec honos bona sunt, mala sit nec ege  
Illa licet placeant, ista labore grauet.

(Sas,  
Sunt

Sunt bona nanq; bonis, eadem mala & ipsa scelestis,  
 Estq; mala ipsa salus & mala uita malis.  
 Quodq; malum est uicium tantum, bona solaq; uirtus,  
 Stridonis cecinit musa beata senis.  
 Est bona nec uirtus, sophiæ nisi lege regatur,  
 Virtutem ueram uera Minerva facit.  
 Sæpe scelus falsa uirtutis imagine fallit.  
 Diraq; sub dulci melle uenena latent.  
 At quoniam iustis opulentia plena pericli est.  
 Ipsaq; pauperies ad meliora trahit.  
 Christus inops inopes duodenos legit alumnos,  
 Ditandos non hîc, sed super astra bonis.  
 Et modò Mystarum splendet si opulenta supellex,  
 Horum sed claudum surgere nemo iubet.  
 Candida, si lachesis deducat stamina, lapsum  
 Scirpe time, placida, si nigra, mente feras.  
 Tam bona, quàm mala sunt, non duratura per horam.  
 Præter uirtutem deniq; cuncta ruunt.  
 Hinc meminisse licet magni pia cura Parentis  
 Prouidet electis quòd meliora. Vale.

a Delicijs uirtus languescit, Exemplo est Hercules, Omphalæ amore victus. Alexander & Pænus Hannibal delicijs deliniti. b Subtili ingenio poetæ Mineruam, quæ dea sapientiæ habita est, Iouis è cerebro sine matre dixere genitam, uirginem arma tam casside, ægyde chrystallino, capite medusæ & hasta. & in cassidis cono ramum gestare oliuæ: que

E omnia





omnia & singula dignis sunt plena mysterijs. Nec multo caret mysterio Musas nouem quod Iuppiter virgines ex Mnemosyne, id est, mente siue memoria genuit Mineruæ sorores germanas. c Virginitas recarere, nec loue, id est, Deo, sed fatas iathane, hæreticorum musas dicit, putidulasq; phalerato sermone lenocinio ornatas meretriculas concinnè affirmat. d Veræ sapientiæ fons quum nitidam omniq; erroris carentem cæno effundat aquam, id est, doctrinam, qualem sapiens haurit, talem illis quos potat ministrare debet,lympidam, nitidam & feracem id est, quæ proficit. In hæreticos hæc & in superbos arrogantesq; atq; prophanos sunt dicta Theologos, qui non vt auditoribus proficiunt, sed vt auribus pruritus faciant, defudant, inuigilant. e Mineruam Musis pectus, virtutibus caput, & manus esse armatam necesse est. Alioqui Lemniaco, id est, Mulcibero Vulcano fiet prostibulum, vnde & Erichthonius anguinos habēs pedes, id est, hæreticus nascatur consequens est. f Conclusionem confirmat, prospera omnia, aduersaq; nec bona esse nec mala: licet bona dici possint bonis, & mala esse malis, quibus nec falsus ipsa nec vita bona est. Cum Stoicis & Peripateticis, imò cum diuo magnoq; patrum patre Hieronymo affirmat virtutem solam esse bonam, malum vitium. g Virtutem nec bonam esse sine sapientia. Sed si virtus quomodo non bona? Quia est virtus non veritate sed apparètia, quæ suo caret fine, id est, fide, vt fuit in multis Gentilibus, & vt est in hypocritis, & maxime in hæreticis, quanquam istorum quæ virtus apparet phalerata impostura potius vt est, appellanda sit.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI,  
D. Francisco à Scintillis, Inchyto Oliuæ Comiti.

Nicolaus Scirpus S. P. D.

**M**agne Comes, uoluit tibi dicere musa salutem  
Nostra diu, iusto tamen est remorata pudore,  
Quo minus ausa tuū propius sit cernere uultū.

Nam seu respicerem tantorum stemma parentum,  
Fortunas' ue tuas ingenti pondere nixas,  
Seu sapientem animum, summa probitate coruscum,  
Factæue, difficilis tam clara negocia Martis:  
Tantum magna tuo cernebam numine digna,  
Teq; rudes nostros non posse decere labores.

Nam quanquam scirem quàm sis uirtutis amator:  
Quam celebri soleas bonitate fouere Mineruani:

Attamen ante oculos tua maiestatis imago  
Constiterat potius digna & te Principe fama.  
Iam tibi cum nostras uideam placuisse Camœnas,  
Carmina quæ paucis nuper conscripsimus horis,  
Iudice te magnas concepi pectore uires,

Nec uercar celsas agitare per aëra pennas.  
Veræ nempe Comes uirtus est nobilitatis,  
Ac bonitas, cælum nobis dabit ista serenum.

Magnorum es Princeps decus adiutorq; bonorum,  
Omnibus omnigenæ uirtutis nobile sidus,  
Ad quod respiciant populi pariterq; potentes.  
Et quàm præclarum est uirtutem utrinq; tenere.



AGNESII ET SCIRPI,

Multi sunt fortes, obeuntq; pericula Martis  
 Intrepidè: sed habent penitus quoq; ferrea corda,  
 Atq; feros animos, nulla et pietate mouentur.  
 Non paucos celebres uideo bonitate fuisse,  
 Quos bellona leui potuit prosternere motu.  
 Vndiq; te uirtus certatim tollit ad astra,  
 Maiestasq; pari cum mansuetudine fulget.  
 Robore tu superas ueterum memoranda uirorum  
 Facta: quòd egregiè monstrant ea praelia, quondam  
 Cùm patriam iuuenis summo discrimine uitæ  
 Seruasti, innumeros solus delatus in hostes,  
 Hosq; truces, et iam uictricia signa ferentes.  
 Quæ sunt tela tuo generoso infecta cruore.  
 Saucius at tantos cogebas cedere Mauros.  
 Impius hîc Mauors usum tibi cruris ademit.  
 Quid dico? uoluit facti quoq; signa fidemq;  
 Insoliti remanere, tuam super æthera famam  
 Scandere, non humili progressu cruris egentem.  
 O res perpetuò totum referenda per orbem:  
 Milite te, duce te, tibi soli terga dedisse  
 Instruètas acies, et ad impia bella feroces.  
 Incluta Baptistæ sedem tua facta manebunt  
 Carminibus doctis, omnesq; legentur in annos.  
 Atqui iustitiam patrie moderatio monstrat  
 Summam, tempericm uitæ, quòd crimine fastus,  
 Luxusq; urbani, careant iuga celsa Diana.

Hinc est quod populum semper uitaris & urbes,  
 Maluerisq; sequi non noxia lustra ferarum:  
 Alternis uicibus, mentem exercere legendo,  
 Inq; sequendo feras placidam firmare salutem.  
 Deniq; Martis eques, Phœbesq; & Palladis almæ,  
 In bellis nulli fueris uirtute secundus,  
 Et patriam regis ut tantum ciuilia doctus,  
 Non ulli cedis quoq; religione, modusq; est  
 Rerum, in quo pulchrum penitus seruetur honestum.  
 Cùm scribis Musas tantum coluisse uideris.  
 Sed quid ego immensas tentem nunc dicere laudes.  
 Exuperat uires opus hoc, doctosq; poëtas  
 Id curare scio: quorum pia scripta manebunt.  
 Gratulor ergo tibi patriæq; ô Inclyte Princeps.  
 Hæc erit incolumis per te, tua gloria uiuet  
 Semper, & inde uiri sument exempla futuri.  
 Gratulor ipse tibi, gratesq; referre perennes  
 Debeo, quod Scirpi digneris carmine nomen  
 Expressisse tuo, memorem quoq; crede futurum,  
 Mancipiumq; tuum Scirpum, dum uita super sit.

Fran. Oliuæ Comes, Nicolao Scirpo.

**D**Octa mihi data sunt Venusinae carmina musæ,  
 Iurassemq; Maronis opus, nisi credere nomen  
 Prescriptum Scirpi obstaret, quod sis utriusq;  
 Hæres Musarum, tamen hinc persuadeor, idem

# AGNESII ET SCIRPI

Quum tibi sit qui illis candor, grauitasq; nitorq;.   
 Innuerat noster scriptis Agnesius ante hac   
 Quis sis, quàm multis locuplesq; habeâre Camœnis.   
 Conceptam sed mente fidem tua carmina firmant.   
 Debeo me tibi Scirpe, meum quia carmine nomen   
 Meonio extollis, cogis me hinc credere iam iam   
 Magnanimum Acacidem, mea sed mihi cognita priden   
 Est mensura, scio & quia parua fauilla meorum,   
 Non Scintilla ego sum. meritis me extollis in astra   
 Sed quando ipse tuis, ipsis tua laudibus effers.   
 Debeo Gandauo, tales ditissima natos   
 Hesperias musis ditandas mittat ad oras.   
 Iuppiter, & quales Gandauum quamq; feraces   
 Fert syluas, tales quæ scirpos mittit in orbem.   
 Felix FERNANDVS, felix MENTIA secundum,   
 Aetherea qui sunt sortiti sorte Maronem.   
 Adplaudo FERNANDE tibi ter maxime Princeps   
 Virtutum regale decus, Numa religione,   
 Deucalion pietate, augusto in pectore cuius   
 Cum diua Erigone solum clementia fixit.   
 Effecit cuius iam regia mansuetudo   
 Terrarum latum sis unus ubiq; per orbem   
 Quem colat omnis homo, dignus cui seruiat orbis,   
 Et nitidus rutilus æther arrideat astris.   
 Adplaudo & MENTIA tibi nitidissima nostri   
 Gemma æui, nostri pariter duo sidera secli,

A zephyris quorum roseos ita fulgor in Euros,  
 Austroq; à pluuio gelidam resplendet in Arcton,  
 Extremo currant ut uestrum ad numen ab orbe.  
 Atq; clientelæ fuerit qui deniq; uestre  
 Asscriptus, credat se tempus in omne beatum.  
 Vix quod Alexandro faustis dijs contigit uni  
 Hoc Scirpi & modulis cecinit lyra culta canoris.  
 Ipseq; ego affirmem tanto te munere faustum  
 Scirpe nimis. quanta atq; putas sit gloria, tantis  
 Obsequio sis principibus? quibus inclyta surgit  
 E tumulo uirtus, longa & post secula Musæ  
 Extorres patrias reduces reuocantur in ædes,  
 Attractumq; tua ab patria adduxere Valentes  
 Ut populos doceas doctis doctissimus unus  
 Musis. & cultis incultos dotibus ornes.  
 Longius excurri licuit quàm currere claudo.  
 Leua ualetudo fatis quem torquet acerbis,  
 Tangere nec dulces permittit iniqua libellos.  
 Si non nostra pari respondet musa nitore  
 Languori asscribes, animum sed certus amicum,  
 Et sanum inuenies, & ad omnia uota paratum.  
 Vale.



